




Specimen theologicum dogmatico-criticum inaugurale de pugna theologiam inter atque anthropologiam in ecclesiae Christianae doctrina

<https://hdl.handle.net/1874/303849>

DE PUGNA THEOLOGIAM INTER ATQUE
ANTHROPOLOGIAM

IN

ECCLESIAE CHRISTIANAE DOCTRINA.



9.

SPECIMEN THEOLOGICUM, DOGMATICO-CRITICUM, INAUGURALE

DE

PUGNA THEOLOGIAM INTER ATQUE ANTHROPOLOGIAM

IN

ECCLESIAE CHRISTIANAE DOCTRINA,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MRD., CHIR. ET OBST. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

Prin. Grada Docturatus

SUMMISQUE IN THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

In Academia Rheno-Trajectina.

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

DANIEL KOORDERS,

e pago Maarssen,

A. D. XXVII M. JUNII, ANNI MDCCCLVII, HORA I.

TRAJECTI AD RHENUM,

TYPIS MANDARUNT KEMINK ET FILIUS,

MDCCCLVII.

“Die Macht des Wirklichen ist immer stärker als die Theorie.”

SCHENKEL.

*“Non ego, cum scribo, si forte quid aptius erit,
Quando haec rara avis est, si quid tamen aptius erit,
Laudari metuum, neque enim mihi cornea fibra est;
Sed recti finemque extremumque esse recuso
Euge tuum, et Belle.”*

FERSIUS.

PARENTIBUS OPTIMIS, CARISSIMIS

SACRUM.

MANUSCRIPTS OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

Accipe sis, lector benevole! brevem, quam tibi offero, gravissimae quaestionis expositionem. Futurus disputassem, nisi regis Guilielmi I de institutione academicâ decretum me coëgisset, latino uti sermone. Cuius rei utilitas mihi videtur vâlde dubia, nec difficultatibus atque damnis aequiparanda. Quare, brevis esse, praesertim studui, breviter (nec tamen leviter) argumentum meum tractare. Moer belgicam de eo editurus sum disquisitionem, multo ampliorem, quae tibi huiusce schematis sit commentarius.

An et quatenus verum viderim, aequo diiudices animo. Equidem id egi, ut pro viribus demonstrarem, notionem Dei absolute-perfecti cum peccatoris culpâ nullo modo in concordiam posse redigi. Tu sine ira aut studio argumentationem meam perpendas.

Quod ad latinitatem, poenitet me saepius peccasse. Attamen magnum est solatium miseris, socios habuisse malorum. Meminisse insuper iuvat dicti illius: "quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu." Ex Belgio foederato, non ex Latio sum oriundus.

Vale, lector! et mihi meisque studiis fave.
Scripsi die quarto idus Maias a. MDCCCLVI.

Antequam de *pugnâ* theologiam inter atque anthropologiam in ecclesiae Christianae doctrinâ agere possimus, de *charactere* illius theologiae atque anthropologiae verbo monere necesse est. Ad duplicem ergo attendendum quaestionem: In quonam nituntur fundamento, quae docet religio Christiana de homine? in quonam, quae docet de Deo?

a. Deum, nisi plane fallor, ponit atque postulat religio Christiana absolute-perfectum, qui v. c. (ut Petavii dictione utar) non est bonus ac verus per aliquam formam accidentem, sed bonitas ac veritas. Deum, qui non, veluti nos homines, partim scit quae fiunt et fient, partim nescit, sed omnia (illa quoque futura, quae 'contingentia' dici solent) immutabiliter atque infallibiliter novit; - qui, sanctissimus, abhorret peccato; - qui, pater optimus, amore immerito genus humanum persequitur; - qui mundum, cuius fons est et auctor, sapientiâ infinitâ regit

ac potentiâ, nullis circumscriptâ limitibus, gubernat.

β. In homine, quatenus a Codice Sacro censetur culpam contrahere poenamque mereri, liberum, si quid video, ponit atque postulat arbitrium; facultatem nempe legendi bonum aut malum.

Ne quis dicat: 'Sed assertio tua est mera principii petitio. An tibi ignotum, theologos qui de Deo idem sentiunt ac tu, plane vel fere negare liberum hominis arbitrium, contraque eos qui in anthropologiâ tecum faciunt, omniscientiam atque omnipotentiam Dei acrioribus circumscribere limitibus? Nonne v. c. legisti (si licet parva componere magnis) specimen, inscriptum: *Halfheid*, quod nuper edidit Scholtenii Leidensis pedisequus, Paraviique, theologi Groningani, disquisitionem: *Een woord over evangelischen opbouw der Kerke*, in quâ dicit (p. 78): Laat ons niet eenzijdig uitgaan van een Godsbegrip, dat in de Kerk zich gevestigd heeft onder den invloed van Heidensche meeningen omtrent 's menschen volstrekte onderworpenheid aan een Noodlot, en bijzonder onder medewerking der Aristotelische philosophie, die God niet anders kende, dan als de eerste, alles bewegende kracht in de wereld?'

Teneas, lector! me hîc atque in duabus paragraphis sequentibus non ponere principia quibus nitatur argumentatio, sed theses quarum expositioni ac probationi insertivire disputatio mea destinata est.

2.

Qualis quantaque sit illa facultas eligendi,

disputatur. Diversas dogmatici de ea proferunt sententias.

Sunt qui doceant, eam esse absolutam atque manentem; in omni puncto temporis adesse immunitatem, non tantum a coactione, sed etiam a necessitate, - indifferentiam ad velle et non velle, - possibilitatem peccandi et non peccandi, - liberum arbitrium quod, positus omnibus ad agendum requisitis, agere potest aut non agere, vel hoc vel illud agere.

Inter hos prae ceteris nominandi Pelagius, antiquissimi Remonstrantes, Perrone; ex cuius *Praelectt. theoll.* liceat citare acutissimam et accuratissimam rei expositionem. 'Natura libertatis de qua est sermo, proprie consistit in antecedenti immunitate a quavis necessitate, qua indifferentia ad electionem tollatur inter duos aut plures terminos sive diversos, sive oppositos, sive contrarios, si de homine viatore agatur. Parum vero refert quo nomine necessitas illa vocetur, *physica* nempe aut *moralis*. Cum talis immunitas a necessitate reperitur, libertas quae inde exsurgit, *indifferentiae* aut *arbitrii* libertas nuncupatur, qua homo vere dominus efficitur actionum suarum' (I, p. 459).

Alii eligendi facultatem arctioribus circumscribunt limitibus. Hominem tali sive indifferentiae sive aequilibrii libertate esse praeditum, vehementer negant. Agnoscunt, necessitudinem intercedere satis-magnam habitum inter et actum. Veruntamen non absolutam eam sibi informant, nec ita ut tollatur liberum arbitrium,

sed contra ut intactum maneat. Faciunt cum Muellero, dicente (*Die Lehre von der Sünde*, II, p. 68): 'Steht die Freiheit eines Entschlusses mit dessen Bestimmtheit durch Gründe wirklich in umgekehrten Verhältnisse, so hat der Determinismus immer gewonnen Spiel. Es wird ihm leicht sein zu zeigen, wie solche bestimmende Gründe auch da vorhanden sind, wo sie sich im Augenblicke des Entschlusses unserm Bewusstsein gänzlich entziehen.' Nil negant nisi: *in omni puncto temporis absolute esse liberum, - in omni puncto temporis adesse possibilitatem peccandi aut non-peccandi. A Pelagianis non genere, sed specie tantummodo differunt. Eligendi facultate hominem esse praeditum, aequae ac hi statuentes, unum hoc negant: illam semper adesse realiter.*

Socinus. — 'Dicimus, in plerisque hominibus naturaliter exiguas esse vires ad ea praestanda, quae Dei lex jubet: ea autem praestandi voluntatem in omnibus naturaliter esse posse, atque adeo in plerisque esse, nisi peccandi assuetudine factum sit, ut quis ipso peccato atque iniquitate delectetur' (*Prælect. theol.*, initio c. 5).

Pareau. — Ab unâ parte: 'Even zielkundig waar, als voor zedelijkheid en godsdienst belangrijk is de opmerking: dat de mensch niet het vermogen der willekeur bezit, om ieder oogenblik zoowel goed als kwaad te kunnen handelen' (l. I. p. 73). Ab alterâ: 'Het is ook waar, dat wel, als aan de eenige opperste oorzaak alles goeds, alle

eere van onze heiligmaking en zaligheid toekomt aan God aan wien wij onzen aanleg te danken hebben en zonder wiens volkomen vrije en voorkomende liefde wij volstrekt niets goeds kunnen willen noch worden; maar ook evenzeer, dat de werkelijke *goede uitkomst betrekkelijk afhankelijk* is van den mensch, die zich zedelijk vrij heeft willen laten leiden door God, en dat de, niettegenstaande Gods liefdezorg, *kwaade uitkomst* in haar innerlijk wezen in het geheel *niet van Gods altijd heiligen wil afhankelijk*, maar alleen *volstrekt afhankelijk is van den verkeerden wil des menschen*, die zich niet wil laten opvoeden door zijnen hemelschen Vader' (ib. p. 75).

Muellerus. — 'Innerhalb der Grenzen des irdischen Daseins des Menschen giebt es immer noch hinter dem geborenen sittlichen Character ein verborgenes Gebiet unberechenbarer Selbstbewegung des freien Willens, und nur insofern noch ein solches Gebiet vorhanden ist, kann von Epochen der sittlichen Entwicklung die Rede sein. Innerdem nun eine solche Epoche durch die Erregung des innersten geistigen Lebens zugleich dieses freie Selbstbestimmen mächtig zur Selbstbethätigung anregt, können hier die Epochen zu Wendepuncten werden. Es öffnen sich vor dem Menschen zwei verschiedene Wege, zwischen denen er wählen musz, und welche Richtung er seinem sittlichen Leben hier giebt, die wird es bewahren, bis etwa ein neuer Wendepunkt eintritt' (l. l. p. 82 et 83).

Scholten. — 'De mensch is een wezen, dat op een zekerer trap van ontwikkeling beide, goed en kwaad kan willen en doen, maar hij kan het nimmer *tegelijk* en in *elken toestand des levens evenzeer* willen' (*De leer der Hero. Kerk*, II p. 493).

Quid igitur? Etiamsi toto distantes coelo quod

ad quaestionem, an homini semper, pluries vel semel-tantummodo sit facultas eligendi pro luctu bonum aut malum, pariter tamen omnes concedunt quod primâ statuimus paragrapho: hominem *sua ipsius voluntate* eligere τὴν ἀμαρτάν prae virtute. Verbo: pariter omnes ponunt liberum arbitrium.

3.

Hisce praemonitis, ad ipsam licet transire quaestionem, quam nobis tractandam proposuimus.

Duo demonstrare conabimur:

I. Posito libero hominis arbitrio (qualicumque tandem sensu), tollitur Deus; -

II. Posito Deo absolute-perfecto, negari debet liberum hominis arbitrium, nec culpae notio amplius potest servari.

Videamus de singulis singulatim.

4.

I. *Posito libero hominis arbitrio (qualicumque tandem sensu), tollitur Deus.* — Nam tollitur:
α. *Dei omniscientia.*

Quod nunc erit probandum.

Primo igitur loco accuratam omniscientiae nobis informemus notionem. — Universe vox

‘omniscientia’ jam valeret de eo, cui nota ac praesentia essent omnia quae *facta sunt*. Quod nondum factum est, certo sciri nequit, nisi ab ipso futuro autore. Posito igitur libero hominis arbitrio, nihilominus infallibilis Dei scientia omnium scibilium (i. e. temporis praeteriti, futuri autem tantummodo quatenus ipse huius futurus esset auctor) vere nuncupari posset ac deberet omniscientia. — Attamen talis scientia in dies augeatur, necesse est. Quod de Deo, Ente summe-perfecto, cogitari vix potest. Quam ob causam longe-plurima theologorum pars facit cum Episcopo, dicente (*Institt. theoll.*, l. IV, sect. II c. 19): ‘Modus intelligendi et cognoscendi Deo tribuendus est talis, qui perfectissimus, simplicissimus et facillimus est. Qualis est, qui nec imperfectionem discursus a noto ad ignotum, nec laborem inquisitionis, nec moram aut remoram abstractionis, nec ambages recordationis, nec difficultatem applicationis in se habet, sed quo res ipsae non tantum secundum esse quod in causa prima eminenter habent, sed secundum speciale suum esse, quod in se ipsis habuerunt, habent, habituraeve sunt, clare ac perspicue videntur et comprehenduntur.’ Etiam si negent nonnulli Dei *praenotionem*, ponantque Eius scientiam omnia praetergredi tempora, nec esse praescientiam quasi futuri,

sed scientiam nunquam deficientis instantiae, ii ipsi talem divinae omniscientiae notionem, qualem v. c. Socinus sibi informavit, statuens Deum contingentia nescire donec facta sint, omnes pariter rejiciunt tanquam Ente perfectissimo indignam. Ab omnibus fere theologis censetur Deus omnia immutabiliter atque infallibiliter nôsse; contingentia quoque futura. Pauci tantummodo hoc negant; - haud sine magno damno, ut deinceps videbimus.

Missis ante tempus iis qui, Dei scientiam partim esse praenotionem negantes, omnia uno ac infinito intuitu Ipsi praesentia esse contendunt, nunc demonstremus id, 'dessen Beweis wir eben hauptsächlich von den Gegnern fordern: dasz von der Gewisheit eines zukünftigen Geschehens für die göttliche Intelligenz die Nothwendigkeit in der Art seines Zustandekommens unabtrennlich sei¹.' Probemus, omniscientiam, quatenus est praenotio futurorum, Deo tribui non posse, salvâ hominis libertate.

Quod videtur facillimum. 'Si cuncta prospicit Deus, neque falli ullo modo potest, evenire necesse est, quod providentia futurum esse praeviderit. Quare si ab aeterno non facta hominum modo, sed etiam consilia voluntatesque

¹ Müller, II p. 307.

praenoscit, nulla erit arbitrii libertas. Neque enim vel factum aliud ullum, vel quaelibet existere poterit voluntas, nisi quam nescia falli providentia divina praesenserit. Nam si res aliorum quam provisae sunt, detorqueri valent, non jam erit futuri firma praescientia, sed opinio potius incerta¹. Aut homini non est facultas agendi aut non-agendi, vel hoc vel illud agendi; aut Deus nullo modo potest esse certus de iis, quae pro hominis lubitu possunt esse futura vel non-futura. Tertium non datur.

Respondent quidem adversarii²: Confundis certitudinem cum necessitate, incertitudinem cum contingentia. Distinguendum etenim est inter affectiones rerum *absolutas*, quae rei in sese et in naturâ suâ spectatae tribuuntur, et *respectivas*, quae rei non tribuuntur in se et naturâ suâ consideratae, sed cum respectu et denominatione ad alterum. Affectiones rerum absolutae sunt necessitas et contingentia; res enim in se et naturâ suâ spectata vel est necessaria, vel contingens; id est, eiusmodi habet essentiam, quae vel potest non-existere, vel non potest non existere. Respectivae sunt certitudo et in-

¹ Boethius (*De consol. philos.*, l. V prosa 3), qui argumentationem allatam refutare frustra conatur.

² Limborch (*Theol. christ.*, l. II c. 8 § 19-22), naperrime Müller (II p. 300). — Ipsa Limborchii verba citamus.

certitudo, quae semper includunt respectum ad alterum, qui de re aliquâ certus vel incertus est. Potest esse aliqua res necessaria, v. c. eclipsis lunae, de quâ tamen multi sint incerti. Eodem modo res contingens, et nondum in alterutram partem determinata, seu libere determinanda, potest denominari certa, relatione factâ ad omniscientiam divinam, cui certa est.

Sed haec mera est principii petitio. Nude, quasi esset axioma, ponitur id, quod argumentis fuisset probandum. Hominem saepe ignorare res futuras, quae sunt necessariae, libenter concedimus. Minime vero ab adversariis probatur id, in quo versatur cardo quaestionis: fieri posse ut aliquis, vel ipse Deus, sit certus de re contingenti futurâ (quae igitur 'potest non-existere'), nisi ipse eius futurus sit auctor. Talis assertio jure dicitur insana, donec contrarium fuerit probatum.

Atqui ergo liberum hominis arbitrium tollit Dei omniscientiam, quatenus est praenotio futurorum. — Quod erat demonstrandum.

5.

Attamen in hacce argumentatione minime acquiescunt adversarii, qui, manibus pedibusque hominis libertatem cum divinâ futurorum praer-

notione in concordiam redigere conantes, aliis insuper armis opinionem suam defendunt. De singulorum pretio nobis nunc est videndum.

1. Divinae, dicunt, praenotionis cum humanâ libertate concordia facillime perspicitur, si modo teneamus, Deum liberas hominis actiones praescire tanquam liberas. *Praevidens voluntates nostras, praescivit eas sponte esse futuras.*

Augustinus. — ‘Cum (Deus) sit praescius voluntatis nostrae, cuius est praescius, ipsa crit. Voluntas ergo erit, quia voluntatis est praescius. Nec voluntas esse poterit, si in potestate non crit. Ergo et potestatis est praescius. Non igitur per eius praescientiam mihi potestas adinitur; quae propterea mihi certior aderit, quia ille, cuius praescientia non fallitur, adfuturam mihi esse praescivit’ (*De libero arbitrio*, l. III c. 3).

Anselmus Cantuariensis. — ‘Si aliquid est futurum sine necessitate, hoc ipsum praescit Deus, qui praescit omnia futura: quod autem praescit Deus, necessitate futurum est, sicut praescitur: necesse est itaque aliquid esse futurum sine necessitate. . . . Non debeo dicere: praescit me Deus peccatum tantum, vel non-peccatum; sed praescit me Deus peccatum sine necessitate, vel non-peccatum; et ita sequitur quia sive peccaveris, sive non peccaveris, utrumque sine necessitate erit; quia praescit Deus futurum esse sine necessitate hoc quod erit. Vides igitur non esse impossibile simul esse praescientiam Dei, per quam futura, quae praescit, dicuntur esse ex necessitate; et libertatem arbitrii, per quam multa fiunt sine necessitate’ (*De concordia praescientiae cett.*, p. 123 ed. Gerberoniana).

Thomas Aquinas. — ‘Deus, quum sit cognitor totius

esse cuius est principium, cognoscit unumquemque effectum non solum in se, sed etiam in ordine ad quaslibet suas causas proximas. Ordo autem contingentium ad suas causas proximas est ut contingenter ex eis proveniant; cognoscit igitur Deus aliqua evenire et contingenter evenire' (*Summa contra gent.*, l. I c. 67).

Muellerus. — Wir sind mit diesem Satze (*Gott wisse die freie Handlung als freie voraus*) ganz einverstanden, und finden es namentlich völlig richtig, wenn Anselm von Canterbury in diesem Sinne darauf aufmerksam macht, dass Gott ja nicht bloß vorauswisse, dass ein Mensch in bestimmten Falle sündigen oder nicht sündigen werde, sondern zugleich, dass er es thun oder nicht thun werde, ohne dazu genöthigt zu sein' (II. p. 289).

Sed facile illud argumentum refutatur. Nam:

a. Si verborum vis haecce est: hominem esse liberum, ita ut Deus praesciat actiones eius contingentes, quae aequae fieri possunt vel non fieri, tunc per se patet nude *poni* ipsum id quod fuisset *demonstrandum*. Nec tali petitione principii expeditur nodus.

Habemus reum confitentem Muellerum. — 'Wenn es bei dieser Formel mit dem Begriff dieser Freiheit ernstlich gemeint ist, so ist damit das Problem nicht gelöst, sondern nur aufgestellt. Denn das ist ja grade die Frage, ob Gott die freien Handlungen seiner Geschöpfe mit untrüglicher Sicherheit vorherschen oder gar auf ewige Weisen wissen könne, ohne sie eben dadurch nothwendig zu machen' (II. p. 289).

b. Si contra homini adscribitur libertas *mere*

fictiva, cui cum vera libertate nil commune est nisi nomen, atque Deus censetur ideo liberas praescire actiones, quia non sunt vere liberae nec homo, qui sibimet ipsi videtur libere agere, aliquid facit quod Deus non faciat; tunc profecto intacta manet divina futurorum praescientia, sed — intacta manet, sublatâ hominis libertate.

Quamquam vix sit credibile, multi tamen theologi voce 'libertas' tali modo abutuntur, ut expriment notionem oppositam. V. c.

Augustinus. — 'Voluntates nostrae tantum valent, quantum Deus eas valere voluit atque praescivit' (*De civ. Dei*, l. V. c. 9).

Anselmus. — 'Non ea (per liberum arbitrium futura) Deus, quamvis praedestinet, facit voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo; sed in sua illam potestate dimittendo. Quamvis tamen suâ voluntas utatur potestate, nihil tamen facit quod Deus non faciat in bonis suâ gratiâ, in malis non suâ, sed eiusdem voluntatis culpâ' (*De conc. praesc.*, quaest. II. c. 3).

Schleiermacher. — 'Das göttliche Vorherwissen kann die Freiheit nicht gefährden' (*Der christl. Glaube*, I. p. 304). Quod tamen explicandum erit ex iis, quae legimus p. 249: 'Ist die Freiheit noch so sehr in der Willensbestimmung und im Entschlusz, so wird doch die Handlung immer schon gleich ein Heraustreten durch anderwärts her gegebenes so mitbestimmt, dasz sie, was sie wird, nur als derselben allgemeinen Zusammenhang angehörig wird, welcher der eigentlich untheilbare Gegenstand des schlechthinigen Abhängigkeitsgefühl ist; und dieses würde auf dem

ganzen geschichtlichen Gebiet seine Bedeutung verlieren, wenn wir von diesem Zusammenhange die freien Ursachen ausgeschlossen denken wollten'. Et paullo inferius dicit, 'dasz auch die Wirkungen der freien Handlungen vermöge der schlechthinigen Abhängigkeit erfolgen'.

Ne mireris, lector! Augustinum et Anselmum duplicem sibi informâsse libertatis notionem, quarum una est opposita alteri. Permulti idem facere solent.

2. Sed *divinam futurorum praescientiam minime tollere hominis libertatem, concludere vel conijicere saltem licet ex humanae praescientiae analogiâ.* Nunquam enim, si quis amicorum clare praeviderit ac certo praedixerit quid essemus acturi, ideo minus libere egisse nobismet ipsis videmur.

Origenes. — "Ὡσπερ εἴ τις ὄρων τινα διὰ μὲν ἀμαρτίαν προπετή, διὰ δὲ τὴν προπέτειαν ἀλογίστως ἐπιβαίνοντα ὁδοῦ ὀλισθηρᾶς, καὶ καταλάβοι πεσεῖσθαι ὀλισθήσαντα, οὐχὶ αἰτίος τοῦ ὀλισθῆναι ἐκείνου γίνεται, ὅτω νοητέον, τὸν θεὸν προσωρανότα ὁποῖος ἔσται ἕκαστος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ τοιοῦ τὸν αὐτὸν ἔσεσθαι καθορᾶν, καὶ ὅτι ἀμαρτήσεται τάδε ἢ καθορᾶσει τάδε. Καὶ εἰ χρὴ λέγειν, οὐ τὴν πρόγνωσιν αἰτίαν τῶν γνωμένων οὐ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προγνωσμένου ἀμαρτησομένου ὁ Θεὸς, ὅταν ἀμαρτήσῃ· ἀλλὰ παραδοξότερον, ἀληθὲς δὲ ἐροῦμεν, τὸ ἐσόμενον αἰτίον τοῦ τοίανδε εἶναί τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν. Οὐ γὰρ ἐπεὶ ἐγνωσται, γίνεται, ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἐγνωσται."

Augustinus. — 'Sicut non sibi adversantur haec duo,

¹ Locum nobis servavit Eusebius (Ἐσαγγελικὴ παρασκευή, 1. VI c. 11).

ut tu praescientia tua noveris quid alius sua voluntate facturus sit; ita Deus neminem ad peccandum cogens, praevidet tamen eos qui propria voluntate peccabunt' (*De libero arb.*, III c. 4). — Item:

'Non est consequens, ut, si Deo certus est omnium ordo causarum, ideo nihil sit in nostrae voluntatis arbitrio. Et ipsae quippe nostrae voluntates in causarum ordine sunt, qui certus est Deo eiusque praescientiâ conlinetur; quoniam et humanae voluntates humanorum operum causae sunt. Atque ita qui omnes rerum causas praescivit, profecto in eis causis etiam nostras voluntates ignorare non potuit, quas nostrorum operum causas esse praescivit.'

Bellarminus. — 'Deus quia perfecte cognoscit omnes propensiones, et totum ingenium animi nostri, et rursus non ignorat omnia, quae illi possunt occurrere in singulis deliberationibus, et denique perspectum habet, quid magis congruum et aptum sit ut moveat talem animum tali propensione et ingenio praeditum, infallibiliter colligit, quam in partem sit animus inclinaturus' (*De gratia et libero arbitrio*, l. IV c. 15). — Cf. quae paullo superius dicit:

'Si praescientia Dei, quia praescientia est, imponeret rebus necessitatem, non solum praescientia Dei, sed etiam praescientia hominum imponeret rebus necessitatem. Id autem falsum est. Nam praescientia hominum non est causa rerum, neque aliquid ponit in rebus' (Ib. c. 13).

Penka. — 'Non ideo actio a libero homine ponitur, quia Deus eam praevidit, sed Deus eam praevidet, quia liber homo eam positurus est' (*Praelectt. ex theoll. dogm. caratae*, I. p. 39).

Cuius item argumenti vim vehementer negamus. Analogia, ad quam provocant adversarii,

non exstat. Profecto, illa amicorum praescientia actiones nostras praedeterminare minime nobis videtur; - sed quamnam ob causam? Quia certissime novimus, illam immerito dici praenotionem, nec cum certâ futurorum praescientiâ, quae Deo adscribitur, aliquid ei esse commune nisi nomen.

Ceterum non contendimus, ipsam Dei praescientiam rebus imponere necessitatem, sed certam illam futurorum praenotionem pendere ex praedeterminatione¹. Etiam si igitur verum esset (quod minime concedimus), fieri posse ut unus alterve hominum certo praesciat quid aliquis sit factururus, adhuc esset probandum, talem actionem non fuisse ab aliquo (etiam si non ab ipso illo qui eam praesciebat) praedeterminatam. Quod adversarii nec faciunt nec possunt.

¹ Quod acute demonstravit Crellius. — 'Wij besluiten eerst uit de onfeilbare voorwetenschap der toekomstige gebeurlijke dingen' (futurorum contingentium), 'die men houdt dat in God van eeuwigheid geweest is, dat ze nu van alle eeuwigheid zekerlijk-toekomstige zijn geweest. En voorts hieruit, dat er van eeuwigheid af een oorzaak geweest is, die ze daartoe bepaald heeft dat ze zekerlijk wezen zouden, hoedanige oorzaak er geen kan bedacht worden behalve God en zijn besluit' (*Verhandeling van God en zijne eigenschappen*, p. 231).

Citamus versionem Belgicam, quia exemplar Latinum in bibliotheca Rhenotrajectina non adest.

3. Nuperrime novum attulit argumentum Muellerus. Conciliare nempe Dei praescientiam cum hominis libertate conatus est, demonstrando: *omnem, quam Deus ab aeterno habet, mundi scientiam esse notitiam vere atque mere objectivam, quae supponit quidem objectum suum, sed non facit.*

Audiamus ipsum Muellerum.

‘Gott bringt durch den Willen seiner Liebe in seinem Denken auf ewige Weise die Idee der Welt hervor. Aber er will sie nicht bloß als ihm immanenten Gedanken, sondern sie soll auch *wirkliche Existenz* werden, die höchste Realität gewinnen, deren ein abgeleitetes Sein fähig ist; und dieser Wille ist mit dem Willen, wodurch überhaupt die Idee der Welt in Gott ist, unzertrennlich Eins. Insofern nun Gott die Welt in die äuszere Existenz entläßt, dasz sie ein von ihm verschiedenes Sein habe, entsteht eine andere Art des göttlichen Wissens um die Welt, die *objective Erkenntnisz* derselben..... Dieses Wissen um die Welt als eine ihm objective, wiewohl es ganz auf den welt schöpferischen Willen Gottes ruht, *unterscheidet* sich doch von diesem Willen, wenn gleich zunächst nur formell. Was durch den Willen in ein vom Sein Gottes unterschiednes Dasein herausgesetzt ist, das kehrt in dem Wissen auf ewige Weise in das Bewusstsein Gottes zurück. Inwiefern nun das, was sein Wille ihm objectif macht, zugleich von seinem Wissen als objectives angesehen wird, insofern übt sein Wissen nicht den geringsten bestimmenden Einflüsz auf seinen Gegenstand, sondern es nimmt denselben in dieser seiner reellen Existenz in sich auf wie in einen klaren Spiegel, der auch den

kleinsten Züg, die leiseste Bewegung wiedergiebt. In dieser Beziehung ist auf das göttliche Wissen die Bestimmung ganz anzuwenden, durch welche man gewöhnlich die Wahrheit der Erkenntnis bezeichnet, die vollkommene Uebereinstimmung der Vorstellung mit dem Object. Indem aber das Wissen seine Vollkommenheit ganz darin hat den Gegenständen schlechthin angemessen zu sein, fehlt es in seinem Begriff völlig an dem Motiv zu einer Thätigkeit, wodurch es die Gegenstände sich angemessen machte. Von dem Wissen Gottes um die ihm objective Welt werden wir demnach die Frage, ob es als solches sein Object zugleich verursache, entschieden verneinen müssen; grade dadurch dasz es nicht kausatif ist in Beziehung auf seinen Gegenstand, unterscheidet es sich vom göttlichen Willen. — Was nun von dem bedingten Sein überhaupt gilt, wird doch wohl auch von dem *menschlichen Willen* und seinen Entschlüssen gelten. Dadurch aber dasz das göttliche Wissen seinem Gegenstände (ob auf zeitliche oder ewige Weise, ist hier gleichgültig) vorangeht, dasz es die Selbstentscheidungen des Willens erkennt, ohne ihre Entstehung in der Zeit abwarten zu müssen, kann demselben unmöglich eine bestimmende Macht zuwachsen, die es als Wissen eines Objectiven überhaupt nicht hat...

‘In Bezug auf die *Selbstbestimmungen des kreatürlichen Willens* ist der göttliche Wille nicht reell bestimmend, weil er es nicht sein will; sondern in dieser Beziehung beschränkt er sich Gebot zu sein und setzt eben damit die Möglichkeit einer diesem entgegengesetzten Willensbestimmung... Aber nicht bloz ist die kreatürliche Freiheit, in der die Möglichkeit dieses Widerspruches liegt, durch den göttlichen Willen, sondern vermöge seines alle Zeiten umfassendes Wissens schaut zugleich Gott von Ewig-

keit das Widerstreben gegen seinen Willen als ein am Ziele der Weltentwicklung schlechthin überwundnes an' (II, p. 293—300).

Quae argumentatio subtilis atque perplexa facile refutatur. Sunt verba ac voces, praeter-
eaque nihil.

a. Argumentum in eos tantummodo valet, qui praescientiam unum idemque esse ac praedeterminationem contendunt. Nil enim probandum sibi proposuit Muellerus, nisi: divinam futurorum praescientiam non imponere *quâ talem* rebus necessitatem. Quod nos libenter concedimus, qui tamen minime cum eo ponimus, 'als etwas was sich von selbst versteht', Deum liberas hominum actiones ab aeterno praescire. Hance suam sententiam non ponere solum, sed firmis etiam confirmare rationibus debuisset. Nam donec generatim atque universe probatum fuerit, actiones liberas a Deo posse *praesciri*, assertio, quâ dicuntur illae praesciri *in esse suo obiectivo*, a fortiori caret omni fundamento. Neque ergo Muelleri argumentatio, quae ab illa proficiscitur assertione, ullius aestimanda est pretii.

b. Sed aliâ insuper premitur difficultate. Nullo modo fieri potest, ut *ab aeterno* habuerit Deus obiectivam, quam illi adscribit Muellerus, mundi

scientiam, quum obiectum illius scientiæ non semper in esse reali ei præsens fuerit, neque effectus antecedere possit causam. Aliquid ergo temporaliter accedat scientiæ Dei, necesse est. Quod procul dubio absurdissimum.

Ipsæ Muellerus invitæ de ea fatetur: 'sie entsteht.' Addit quidem: 'nämlich der begrifflichen Folge, nicht der Zeitfolge nach¹.' Sed tale quid dici ac sermone pronuntiarî potest, intelligi vero, cum dictum ac pronuntiatum est, omnino non potest.

c. Etiam si autem accipiatur illa Muelleri explicatio, et Deum ab æterno habuisse obiectivam mundi scientiam concedatur, alia adhuc restat difficultas. Tunc enim ponitur, mundum Divino intellectui visum fuisse præsentem in esse reali, antequam realiter exstaret. Uti totidem verbis dicit Muellerus: 'auch als reell existierende schaut Gott die Welt von Ewigkeit an, wiewohl sie selbst nicht von Ewigkeit ist.' Atque ita Deo adscribitur scientia, quæ fallax dici debet falsaque. Qualis vana species scientiæ nullo modo ei adscribi potest.

6.

Ponderatis jam omnibus argumentis, quibus

¹ L. I. II. p. 293.

² Ibidem.

adversarii contrarium probare conantur, profecto concludere licet, divinam futurorum *praenotionem* cum hominis libertate nullo modo in concordiam posse redigi.

Minime vero jam concludere licet, *omniscientiam* tolli divinam, positâ hominis libertate. Etenim sunt permulti (ut supra verbo memoravimus), qui Dei scientiam ex parte esse praenotionem negent, nec tamen hominis libertate absolutam tolli Dei omniscientiam concedant.

Notissima, quâ hanc suam sententiam probare conantur, argumentatio huc redit:

Dei scientia temporis praetergreditur fines; omnia uno ac infinito intuitu Ipsi sunt praesentia. Optime igitur cum Dei omniscientiâ conciliatur hominis libertas. Qui omnia videt sub ratione aeternitatis, utrum Illi scibilia sint futura contingentia, quaeri non potest. Etenim nil Ei est futurum.

Boëthius. — ‘Est Deo semper aeternus ac praesentarius status. Scientia quoque eius, omnem temporis supergressa motionem, in suae manet simplicitate praescientiae, infinitaeque praeteriti ac futuri spatia complectens, omnia quasi jam geruntur, in sua simplici cognitione considerat. Itaque si praescientiam pensare velis, quae cuncta dinoscit, non esse praescientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiae rectius existimabis’ (l. I., V prosa 6).

Augustinus. — ‘Quid est praescientia nisi scientia futurorum? quid autem futurum est Deo, qui omnia praetergreditur tempora? Si enim scientia Dei res ipsas habet, non sunt ei futurae, sed praesentes, et per hoc jam non praescientia sed scientia dici potest (*ad Simpl.* l. II, quaest. 2).

Thomas Aquinas. — ‘Intelligere Dei successione non habet, sicut nec eius esse. Est igitur totum simul, semper manens, quod de ratione aeternitatis est. Temporis autem duratio successione prioris et posterioris extenditur. Proportio igitur aeternitatis ad totam temporis durationem est sicut proportio indivisibilis ad continuum; non quidem ejus indivisibilis quod terminus continui est, quod non adest cuilibet parti continui (huius enim similitudinem habet instans temporis), sed eius indivisibilis quod extra continuum est, et cuilibet tamen parti continui sive puncto in continuo signato coexistit. Nam, quum tempus motum non excedat, aeternitas, quae omnino extra motum est, nihil temporis est. Rursum, quum esse aeterni nunquam deficiat, cuilibet tempore vel instanti temporis praesentialiter adest aeternitas..... Quidquid igitur in quacumque parte temporis est, coexistit aeterno, quasi praesens eidem, etsi respectu alterius partis temporis sit praeteritum vel futurum. Aeterno autem non potest aliquid praesentialiter coexistere, nisi toti; quia successione durationem non habet. Quidquid igitur per totum temporis decursum agitur, divinus intellectus in tota sua aeternitate intuetur quasi praesens; nec tamen quod quadam parte temporis agitur semper fuit existens’ (l. I., I c. 66).

Penka. — ‘Ab Ente perfectissimo omnes limitationes, et consequenter etiam divisiones temporis, quoad praeteritum et futurum, quibus creaturae in natura sensibilis obnoxiae sunt, remotae esse debent. Nam quam

primum successio aliqua in augenda vel imminuenda divina cognitione sisteretur, eo ipso Ens perfectissimum Deus, vel ante non fuisset, vel esse tale cessaret: ac vel ideo omnia, quae nos praeterita, praesentia et futura vocamus, uno ac infinito intuitu Ipsi praesentia esse debent' (l. l. p. 40).

Minime tamen illâ argumentatione solvitur quaestio proposita. 'Explicatio' dici videtur a non-explicando. Nam:

a. Omnis explicatio ad intellectum humanum sit accommodata, necesse est. Si minus, ipsa perspicere non potest, neque igitur ulli est utilitati.

Unde concludere licet, cuiusnam aestimanda sit pretii explicatio, de quâ hîc agimus. Etenim, ponentes Divinam scientiam praetergredi temporis fines, adversarii non hoc volunt, illam scientiam *amplecti* omnem temporis successionem, ita ut ab aeterno futura ei sint praesentia *tantumquam futura*. Sed longe aliud quid sibi volunt.

Dei intellectum *negare*, imo vero *ignorare* omnem temporis successionem; contendunt, atque omnia percipere *sub ratione aeternitatis*. Qualis cognoscendi modus plane fugit intelligentiae nostrae vim et notionem; quippe quae, omnia videns *sub ratione temporis*, eo ipso videndi *sub ratione aeternitatis* notionem sibi informare non potest.

Vere Muellerus: 'Gewisz ist es Vielen nur darum be-

gegnert mit dieser Unterscheidung den Knoten für gelöst zu halten, weil sie damit das ganze Problem in ein ihnen dunkles Gebiet geschoben haben, wo sie sich nicht mehr zu bestimmtem Denken befähigt oder genöthigt finden, und wo darum die Frage aufhört ihren Geist zu beunruhigen' (II p. 287).

'Teregt zegt J. F. L. Schröder: aan de woorden "God is buiten den tijd" kan ik geen zin hechten' (Pareau, l. l. p. 89).

b. Posito autem atque concessio Deum videre omnia sub ratione aeternitatis, inde necessario sequitur, Eum non cognoscere mundum in esse suo reali.

Si cum Kantianis ponunt adversarii, tempus non esse formam obiectivam omnis esse finiti, sed formam subiectivam quâ sibi proponit res intellectus humanus, nihil habent quod respondeant ad argumentationem Muellerei: 'So lange dieser Standpunkt in seinem praktischen Glauben an der objectiven Existenz Gottes festhält, d. h. so lange der Kantische Standpunkt noch nicht in den Fichteschen übergegangen ist, wird er doch annehmen müssen, dass Gott, insofern ihm ein vollkommenes Durchschauen der menschlichen Seele in ihrer vorstellenden Thätigkeit zukommen soll, auch eben diese Form der Anschauung,

wodurch alles ein zeitliches wird, und in dieser wie in einem Spiegel die Gesamtheit des menschlichen Thuns *als eine Zeitfolge* erkennt.' Neque tamen, quod concedant necesse est, concedere possunt. Tunc enim ipsi negarent, temporis successionem non cadere sub intellectum divinum.

Qui contra putant, - qui tempus esse modum existendi, fornam obiectivam, omnis esse finiti ponunt, - non minus hi in laqueos incidunt inexplicabiles. Iis enim successio temporum reapse est et obiective; ac tamen, illam fugere intelligentiae divinae vim et notionem, contendunt. Quod cum ita sit, Deus cognoscat mundum in esse suo reali, nullo modo fieri potest.

Minus recte Muellerus ¹ aliud etiam profert argumentum ut allatam quaestionis solutionem fulem esse commerciamque demonstret. — 'Verhält sich das ewige Wissen Gottes nicht negativ zu der Zeitfolge und der in ihr verlaufenden Wirklichkeit, sondern so dasz es das Ganze derselben umfasst, so ist dem göttlichen Wissen dieses bestimmte Geschehen gegenwärtig nicht bloz, wenn es geschieht, sondern auch in jedem frühern Augenblicke, welchen wir immer in Gedanken fixiren mögen. Und so bricht aus dem ewigen Wissen Gottes sofort das hervor, was für uns ein Vorherwissen ist.'

Etenim, Dei scientiam *amplecti* temporis successionem,

¹ l. l. p. 286.

id ipsum est quod negant ii, de quibus hîc agimus; neque igitur licet Muellero, supponere contrarium. Quum autem dicitur Deum videre omnia sub ratione aeternitatis, ac temporum successione fugere Eius intellectum, eo ipso fieri non potest ut praesciat; quippe quod in cogitationem non cadit, nisi positâ temporis successione.

7.

Properamus ad finem. Demonstrâsse nobis videmur id quod erat demonstrandum: absolutam Dei omniscientiam cum hominis libertate nullo modo in concordiam posse redigi. Restat, ut de iis agamus qui, eatenus nobiscum facientes, in gratiam libertatis humanae absolutam illam omniscientiam Deo abiudicant. Probandum eos, evitatâ Scylla, incidisse in Charybdin vereque tollere Deum.

Illorum argumentatio huc redit: *Deus omnia scit, quae naturâ suâ scibilia sunt, quemadmodum omnia potest, quae suâ naturâ possibilia sunt. Verum sicut quaedam sunt, quae suâ natura fieri nullo modo possunt, et idcirco ea Deum facere posse nulla ratione dici potest, nec tamen ipsius omnipotentiae quidquam derogatur: ita quaedam sunt, quae Deus scire nulla ratione dici potest, nec tamen ipsius omniscientiae quidquam derogatur.*

¹ Socinus, Praelecti. theoll. p. 26.

E permultis, qui Socino assentiuntur, theologis liceat citare perpaucos.

Crell. — ‘Dewijl God ieder ding, gelijk het in zichzelf is bekend, zoo bekend Hij de zekerlijk-toekomende dingen als zoodanig, desgelijks ook het waarschijnlijk-toekomende, naar de natuur der werkende oorzaken waarvan ze dependeren. In gelijker voege bekend of weet Hij als zoodanig de dingen die in het midden gesteld zijn, en als in een evenwichtigheid hangen. Indien gij zegt dat Hij het waarschijnlijk-toekomende, of ook hetgeen ten eenenmale indifferent en middelmatig is, als zekerlijk-toekomende begriipt, dat is zooveel alsof ge zeidet dat Hij in zijn meening mist en bedrogen is. Overzulks doen ze onbedachtelijk, die zeggen dat God de toekomende gebeurlijke als zekere bepaalde dingen zeker en onfeilbaar weet, omdat Hij anders niet alwetend zou zijn, daar Hij liever, omdat Hij alwetend is en in kennis nooit mislaat, altijd de waarheid der dingen bekend, daarom ze ook niet als bepaalde onfeilbaar begriipt’ (l. l. p. 226).

Vorstius. — ‘Deus res intelligit prout sunt, absolutas absolute, conditionales conditionaliter. Certitudo praescientiae supponit certitudinem existentiae’ (*Tractatus de Deo*, 1610, p. 49 et 50). — ‘Plures sunt causae certitudinis in visione praesentium et praeteritorum, quam in praevisione futurorum contingentium’ (ib. p. 441).

Rothe. — ‘Das Freie sofern es noch willkürlich-freies ist kann eben als solches schlechterdings nicht auf absolute und infallible Weise vorausgewusst werden. Es kann überhaupt nicht Gegenstand eines eigentlichen d. h. unbedingt richtigen und gewissen Vorherwissens sein, also auch nicht des göttlichen. Deshalb schmälert es auch die volle Absolutheit des Wissens Gottes nicht im geringsten, wenn man ihm ein schlechthin sicheres Vorherwissen auch der Hand-

lungen der freien Geschöpfe abspricht (*Ethik*, I. p. 120 et 121).

Pareau (Groninganae theologus scholae¹). — Wij moeten komen tot de erkentenis, dat Gods alwetendheid niet omvat, hetgeen te weten onmogelijk en in zich zelf strijdig is, en dat, voor zoo verre de vrijheid van Gods eeuwige schepping noodzakelijk de voorwetenschap van vrije wilbepalingen beperkt, God niet tevens ware vrijheid in haar en volstreckte en onbeperkte wetenschap in zich zelve kan willen' (l. l. p. 88).

Inde autem sequitur:

a. In gratiam libertatis humanae omniscientiam Dei tam aeternis circumscribi limitibus, ut eius notio opposita sit omniscientiae notioni, quam a primis inde temporibus sibi informavit

¹ Superiore tempore schola Groningana docebat, 'suam ipsam praescientiam circumscripsisse Deum' (*Hofstede de Groot, Institt. theol. nat.*, ed. 3, p. 183).

Vere Scholten: nemini, inquit, facultas esse potest limitandi scibilium, i. e. facultas nesciendi id quod novit. Si verba autem haec sibi volunt, Deum nolle uti facultate, quae illi est, futura praescientia contingentia, rationibus fuisset confirmandum vere scibilium esse futura contingentia (*De leer der Herv. Kerk*, t. II p. 444).

Sed falso contendit, tum in opere citato tum in *Dogm. Christ. Institt.* p. 23, 'nostro demum tempore,' a 'recentioribus nonnullis,' in eam tam fuisse atque in medium prolatam illam sententiam. Inspicimus, quem centies citat, Episcopium. L. IV sect. II c. 17 eius opinio, 'praescientiam Deo quidem competere, sed eam, quae subiacet divinae voluntatis imperio; id est, Deum praescire quidem posse omnia contingentia si velit, sed et posse non praescire, si ea praescire divinae eadem plane ratione, qua omnipotentia Deo competit, qua facere omnia potest, si modo velit.'

ecclesia Christiana atque unice veram esse docuit. Quare, in gratiam libertatis humanae *tolere* Dei omniscientiam, argumentatio haecce jure dicitur.

b. Sublatâ vero Dei omniscientia, tollitur Eius immutabilitas. Discursui a noto ad ignotum necessario datur locus. Dies diem doceat, necesse est. Enti summe-perfecto ad summum fastus tribui potest 'jam antea, si ita placet, constituendi quâ ratione, prout hominis conatus fuerit, sibi agendum sit.'

Unde patet, aequè tolli providentiam divinam omnemque regendi mundi rationem firmam ac stabilem. Qui nescit quid facturi sint homines liberi, capere quidem consilium aliquod gubernandi mundi potest, sed eo ipso nescit an ad effectum adducetur, imo vero an perfici possit, consilium illud.

Reverâ igitur Socinianorum familia tollit Deum.

Me non fugit, quoniam modo haecce evitare consequentiam sibi videtur. Non ignoro, quae v. c. Socinus dicit (l. 1. p. 27): 'Satis est, Deum cuncta regere ac gubernare, nec ipso plane nolente quidquam fieri posse: sed eum ubique semper ita scientiâ ac potentiâ suâ praesto esse, ut omnes hominis conatus et perspicere, et si sibi visum fuerit, impedire possit.' — Neque, quae dicit Rothe (l. 1.

* Socini Praell. theoll. p. 26.

p. 124): 'Wie willkürlich sich auch das Spiel der freien kreatürlichen Ursachen in der Welt bewege, dennoch durchdringt Gott in jedem Augenblick mit seinem alles zusammenschauenden Wissen ihr, für ihn nicht verworrenes, Gewimmel auf allen Punkten, faszt sein Verhältnisz zum Weltzweck und zum Plan seiner Weltleitung in jedem Moment mit dem untrüglich sichern Blick seiner Weisheit auf, und hat es in jedem Moment in allen seinen Punkten in der unbeschränkten Gewalt seiner Allmacht, so dasz er es unwiderstehlich so wenden und lenken kann, wie es jedesmal jene teleologische Beziehung auf seinen unabänderlichen Weltplan fordert. Der allgemeine und letzte Erfolg, das eigentliche Resultat der Bewegung aller einzelnen Weltwesen, die persönlichen und somit freien miteinander gerechnet, ist jedesmal genau der von ihm gewollte und voraus bestimmte und *sein* Werk.'

Sed suo demonstrabitur loco, injuriâ eos provocare ad omnipotentiam divinam; - quippe quam, aequè ac omniscientiam, in gratiam libertatis humanae tollant necesse est ac, etiamsi non nomine, re ipsâ tamen tollunt.

Ceterum non possumus non laudare acumen ingenii, animum apertum, ethices servandae studium, quibus Socinus eiusque asseclae elucet. Profecto, convenit in eos, quod de Cicerone dixit Augustinus¹: 'Utrumque arbitrabatur esse non posse' (voluntatis arbitrium et praescientiam futurorum). 'Itaque, ut vir magnus, et doctus, et vitae humanae plurimum ac peritis-

¹ De civ. Dei, l. V c. 9.

sime consulens, ex his duobus elegit liberum voluntatis arbitrium.

8.

Posito igitur libero hominis arbitrio, tollitur Dei omniscientia.

Sed tollitur item:

β. Dei *omnipotentia*.

Quod universe probatur hoc modo:

Si homini est facultas agendi prout vult, perse patet, illum non esse subiunctum sub imperium Dei, cui igitur non potest adscribi potentia infinita atque absoluta. Etenim nullo modo impedire potest, ne homo aliter agat ac Ipsi placeret. Eius potentia (quacum arcte cohaeret providentia) impotens est in hominem liberum.

Neque ad refutandam hance nostram argumentationem valet observatio, ipsum Deum omnipotentem homini dedisse illam facultatem agendi prout vult. Inde enim nil sequitur, nisi ipsum Deum in gratiam libertatis humanae limitasse (i. e. sustulisse) suam omnipotentiam.

‘Das Problem lässt sich nicht lösen durch die einfache Bemerkung, dasz es ja eben die göttliche Allmacht ist, welche diese Macht sich selbst zu bedingen dem Menschen gewährt; denn eben das ist ja die Frage, ob die gött-

liche Allmacht Allmacht zu bleiben vermag, wenn sie eine solche Selbständigkeit auszer sich setzt' (Müller, II p. 244).

Quibuscum omnino eff. quae dicit p. 252: 'Von dem abstract gefaszten Gedanken der göttlichen Allmacht lässt sich das Verhältnisz derselben zur menschlichen Freiheit gar nicht erkennen.'

9.

Minime tamen omnes nobiscum faciunt. Acutissime proferunt argumenta adversarii, quibus rationis nostrae vanitatem demonstrare hominisque libertatem cum omnipotentiâ divinâ conciliare sibi videntur.

De quorum vi accuratam nunc instituamus disquisitionem necesse est.

1. Provocant ad omnipotentiae divinae naturam.

Omnipotentia (dicunt) adscribitur Deo, quia Eius potentia nullis circumscripta est limitibus, quia omnia facere potest quae vult. Quam autem in homine vult liberum voluntatis arbitrium, libertas illa non tollit Eius omnipotentiam; - ex contrario, ab ipsâ illâ efficiendi omnia voluntatis consilia vi infinitâ originem ducit.

Socinus. — 'Deus quaecunque vult facit, verissimum est: sed ea quae ab hominibus fiunt aut non fiunt, praesertim si ad ipsorum salutem aut condemnationem spe-

ent, pleraque omnia in eorum arbitrio et potestate Deus posuit. Quare in his, antequam fiant aut non fiant, non absoluta Dei voluntas, sed desiderium potius et est et dici debet. Regula autem ista, *Deus quaecumque vult facit* de absoluta voluntate intelligenda est. Nec tamen eiusmodi desiderium istud est, quod voluntas merito (licet non absoluta) appellari nequeat. Quandoquidem in his, id quod Deus desiderat, non magis is velle potest, quam velit, neque enim ea absolutae in Deo voluntatis capacia sunt. Declaro: Deus exempli causâ cupit, ne homicidia fiant. Quid vero est quod cupit? Nempe, ut homines, quamvis contingat ut quempiam occidere possint, nunquam tamen occidant. Hoc ita vult, ut magis velle non possit' (l. I. p. 19).

Muellerus. — 'Allmacht ist *schrankenlose Macht*. Schrankenlos ist die Macht eines Wesens, wenn es in seinem Wirken durch nichts ausser sich auf nothwendige Weise bedingt ist, wenn es also Alles, wozu ein Trieb oder Wille in ihm ist, verwirklichen kan... Dasz Gott, nach der gewöhnlichen Bestimmung des Begriffs, Alles kann was er will, gehört hiernach unstreitig zu seiner Allmacht. Aber es fragt sich nun weiter: gehört es nicht auch von der andern Seite zur Schrankenlosigkeit der göttlichen Macht, dasz sie auch alle in ihr liegenden Möglichkeiten verwirklicht, mit andern Worten: dasz Gott Alles will und wirkt, was er kann, dasz Können, Wollen, Wirken in ihm identisch sind?... Denken wir uns eine schrankenlose Macht, in der Weise einer *Naturkraft* wirkend, so musz sie freilich schlechthin Alles wirken, wozu eine Potenz in ihr vorhanden ist... Ist sie nun vermöge der ihr immanenten Nothwendigkeit die Ursache von bestimmtem Sein, welches nothwendig auch irgendwie wirkend ist, also von andern Ursächlichkeiten, so können diese

gar nichts Andres sein als ihre Werkzeuge, in ihrem wechselseitigen Verhältnisz vielleicht eine gewisse Selbständigkeit besitzend, im Verhältnisz zu ihr selbst dagegen schlechthin bestimmt, eben nur die besondern Bestimmtheiten, welche das Wirken der schrankenlosen Ursächlichkeit in seiner Selbstentfaltung annimmt... Doch im Gebiet der Persönlichkeit bekommt die Wirkungskraft sich selbst in ihre Gewalt und verklärt sich eben damit zum *Vermögen*... Ist nun die Allmacht als schrankenlose Macht eines persönlichen Wesens, also eines *Willens* in seiner Beziehung auf andres Sein zu denken... so läßt sich eine *Nothwendigkeit* Alles zu verwirklichen, was der Allmacht möglich ist, dem allmächtigen *Ich* nicht mehr zuschreiben. Diese Nothwendigkeit ist ein für allemal eine Bestimmung, die sich zur wirkenden Kraft, aber nicht zum handelnden Willen schickt... Das höchste bestimmende Princip für die Wirksamkeit der göttlichen Allmacht ist die freie Liebe... Wie nun in der wirklichen Weltentwicklung, wozu vor Allem die Offenbarung Gottes in Christo gehört, die Bestimmtheit des göttlichen Willens sich kund giebt, so hat die welterschaffende und welterhaltende Liebe Gottes dieses zu ihrem Endzweck, dasz Wesen seien, welche einer vollkommenen Gemeinschaft mit ihm selbst theilhaftig sind. In dieser Zwecksetzung offenbart sich die neidlose Geneigtheit der göttlichen Liebe sich selbst mitzutheilen in einer Grösze und Bestimmtheit zugleich, gegen welche jene vagen Vorstellungen von der Verwirklichung alles dessen, wozu es eine Ursächlichkeit in Gott giebt u. dgl., unendlich zurücktreten. Damit ist anerkannt, dasz diese Zwecksetzung dem Wesen Gottes entspricht, und dasz eine höhere nicht denkbar ist. Ist es aber Gottes Wille, dasz Wesen seien, die seiner Gemeinschaft theilhaftig sind, so will er auch, dasz diese

Wesen mit der Freiheit, von der die Möglichkeit des Gegentheils nicht ausgeschlossen werden kann, die mithin in ihrer Selbstentscheidung unbedingt ist, sich zu ihm wenden...

‘Und selbst abgesehen von der göttlichen *Liebe* müszten wir urtheilen, dasz ein allmächtiger Wille, dem so schlechterdings das Vermögen mangelte sich in seinem Wirken zu beschränken, sich selbst mit seiner unzählbaren Kausalität gleichsam im Wege wäre. Der Wille Gottes wäre dann grade durch seine Allmacht verhindert es in seiner Schöpfung zur höchsten Realität, zu dem was Ihm selbst das Aehnlichste ist, zu bringen, zu der sich aus sich selbst bestimmenden Persönlichkeit. Er bedurfte bei aller seiner Schrankenlosigkeit noch einer Befreiung von seiner eignen Allmacht, wenn sie ihm nicht gestattete einer Freiheit auszer sich Raum zu lassen zu ihrer Bethätigung. Es gehört wesentlich zur Geistigkeit der göttlichen Allmacht, dasz sie eben nicht mit Nothwendigkeit aus sich wirkende Naturkraft ist, sondern an sich zu halten und sich in ihrem Wirken mit vollkommener Freiheit zu begrenzen vermag’ (I. I. II, p. 245-265).

De quâ argumentatione valet: acutius quam verius. Minime solvit quaestionem propositam.

Etenim:

a. Demonstrandum fuisset, non: Deo omnipotenti eo ipso esse facultatem hominibus dandi liberum voluntatis arbitrium, sed: datâ illâ libertate, haud tolli Eius potestatem regundi gubernandique mundum. Posito Deum *velle* liberum in homine arbitrium, facile hoc conci-

liari cum omnipotentiâ Dei, quatenus est facultas faciendi omnia quae vult, libenter concedimus. Minime vero, quatenus est providentia ac mundi gubernatio, vel saltem harum principium et fons. De *hacce* omnipotentiae parte adversariorum fuisset, demonstrare contrarium.

b. Quod ad argumentationem, summum, quô Deus omnipotens in agendo movetur, principium esse *amorem*, qui necessario in homine postulat libertatem, neque vera illa esse videtur (uti deinceps videbimus) neque, si esset vera, adversariorum sed nostrae unice causae prodesset. Quid enim inde sequeretur? - Amorem Dei in gratiam libertatis humanae tollere Eius omnipotentiam.

Ceterum per se patet, nullo modo posse ut Deus *velit* limitare ipse potentiam suam. Velle nequit id quod implicat contradictionem. Qualis esset omnipotentiae actus, quo semet ipsam tolleret.

Ipsi adversarii hoc concedunt neque, ipsam *potentiam* Dei subiacere Eius voluntati ponunt, sed tantum potentiae illius *exercitium*: ita ut ipsam limitare potentiam minime possit, potentiae vero exercitium optime.

Limborch. — 'Non recte videtur dici, potentiam Dei subiacere eius voluntati; non enim Deus efficere potest, etsi velit (quod tamen velle non potest) ut non sit om-

nipotens; sed tantum potentiae ipsius exercitium' (*Theol. Christ.* I, II, c. 8 § 25).

Muellerus. — 'Da Freiheit in der Welt schlechthin nur durch den allmächtigen Willen Gottes besteht in jedem Augenblick ihrer Existenz, so ist klar, dasz diese Selbstbeschränkung nicht eine Beschränkung der göttlichen Macht selbst ist (als solche würde sie einen Widerspruch enthalten, da dann die göttliche Macht nicht wirklich Allmacht wäre) sondern eben nur eine Beschränkung ihrer Bethätigung und Wirksamkeit in dem Gebiet, welches Gott der kreatürlichen Freiheit für ihre Selbstbewegung eingeräumt hat' (I. I. II, p. 256).

Verbo monemus, distinctione illâ potentiam inter et actum non solvi difficultatem, quâ premitur adversariorum argumentatio. Etenim haud quaeritur, an conciliari possit libertas humana cum Dei omnipotentiâ quatenus est *potentia*; sed unice hoc: an tollat *exercitium* illius potentiae necne. — Quod ipsi adversarii negare non possunt.

2. Sed ad manum iis est argumentum, quo hominis libertatem cum illâ etiam omnipotentiae parte, quae dici solet providentia (i. e. cum Dei potestate omnia in mundo ordinandi regundique) in concordiam redigere sibi videntur.

Profecto (dicunt), *homo potest libere VELLE; - impossibile est, ut cogatur eius VOLUNTAS. Tenendum vero, minime ei esse facultatem libere AGENDI; - hominis ACTIONES ipse Deus potentiâ*

sua ita regit ac flectit, ut ratio ordinandi gubernandique mundum, quam ab aeterno statuit, sit firma et stabilis.

Episcopus. — ‘Non raro homo, et facere quae nolit, et non facere quae velit, cogitur. Aliud longe est facere, aliud velle facere. Facta externa saepe non sunt in potestate hominis; quamquam faciendi volitio semper in potestate eius sit, quamdiu voluntas eius salva maneat. Interest divinae providentiae et supremi domini, quod Deus in creaturam suam integrum semper sibi reservat, ut hoc dominium hominis ad ipsa facta se non extendat’ (*De lib. arb.*, c. III).

Schenkel. — ‘Es giebt unstreitig einen Punkt in der menschlichen Seele, auf welchen Gott nicht unmittelbar einwirkt. So fern er den Menschen frei geschaffen hat, hat er sich selbst beschränkt; nur reicht diese Freiheit nicht weiter, als das theoretische Gebiet des Denkens, Wollens, Entschliessens. Gott verliert durch dieselbe an seiner Allmacht und dem unbedingten Vermögen der Zweckbestimmung nichts; keiner seiner Weltzwecke wird dadurch gehemmt oder vereitelt’ (*Das Wesen des Protestantismus*, II p. 179-80).

Pareau. — ‘God wil de zonde niet; zij verijdeelt van den eersten mensch af Gods bedoeling in dengene, die zich aan haar overgeeft, zoolang hij haar slaaf blijft. Maar God wil en veroorzaakt wel de openbaring en de gevolgen der zonde en bestuurt volstrekt oppermagtig de daden der menschen.... Zeker is het, dat de daden der menschen en hare gevolgen, even als alles wat in de uitwendige wereld plaats heeft, van de onbepaalde heerschappij van God volstrekt afhankelijk zijn’ (I. I. p. 85-86).

Muellerus. — ‘Indem Gott das Böse zulässt, setzt er ihm

zugleich gewisse Schranken, zwar nicht seiner innern Fortschreitung, denn hier kann es sich ungehindert bis zum furchbarsten Gipfel steigern, aber seinen Wirkungen in der Auszenwelt, die von dem gewaltigen Gange der göttlich geordneten Weltentwicklung immerfort verschlungen werden' (I. I. II p. 273.)

Quod argumentum redarguere sibi videntur nonnulli hoc modo:

Quatenus inter hominis voluntatem eiusque actiones ea intercedit necessitudo, quae intercedit causam inter et effectum, - quatenus *vult* antequam *agat* et *idem* vult ac facit, - ipse homo suarum actionum dicendus est auctor ac dominus. Agit, quia libere voluit; quum nolle eius voluntati (quae non subiuncta est sub imperium Dei) liceret.

V. c. Scholten. — 'Wanneer aan God de heerschappij over het menschelijk *willen* ontzegd wordt, vervalt daarmede ook zijne magt, om de *witvoering* van den menschelijken wil, althans door menschen, te verhinderen' (I. I. II p. 441-42).

Minus recte. Refutatio illa nititur merâ principii petitione. Jure responderent adversarii: 'Facere non posset homo id quod libere vult, *nisi Deo ita placeret*. Etenim Deus eum cogere potest, ut faciat quae nolit, ut non faciat quae velit. Atqui ergo liberum voluntatis arbitrium minime tollit divinum humanarum actionum moderamen.'

Longe alio modo illud argumentum redarguitur debet tum potest.

Etenim si hominis voluntas non pendet a Deo (uti ponunt adversarii), - si externa tantum facta Deus regit potentiâ suâ, - necessario sequitur, posse ut hominis animus semper et constanter velit contrarium ac Deo placeret, - ut semper et constanter τὴν ἀμαρτίαν velit præ virtute.

Habemus reum confitentem Muellerum. — ‘Wir geben die Möglichkeit, dasz alle kreatürlichen Willen sich von Gott abwenden, als an sich vorhanden unbedenklich zu. Vermöge jener Unbestimmtheit kann kein kreatürlicher Wille abgesehen von seiner eignen Entscheidung gegen den Fall gesichert sein. Ob es aber auch möglich ist, dasz alle gefallenen Wesen durch alle Aeonen hindurch im Abfall beharren? Wir können es uns nicht bergen, dasz der Wille einer unberechenbaren Selbstvertiefung in Bösen fähig ist’ (l. I II p. 267).

Neque Deus id ullo modo impedire potest. - Re verâ igitur dici nequit, Eum regere ac gubernare mundum providentiâ suâ; nam qui primum in rerum ordine locum tenet, hominis animus non subiunctus est sub Eius potestatem. Quatenus homo liber est, Deus est impotens.

Quod erat demonstrandum.

Non opus est, ut copiose disseramus de Rothii argumentatione (vide supra p. 30), qui omnipotentiam Dei cum

hominis libertate conciliare sibi videtur hoc modo: 'quae homo libere vult ac facit, Deus potentiâ suâ absolutâ ita gubernat, ordinat ac flectit, ut accommodentur ad mundi finem propositum. *Singulas actiones* homo in suâ ipsius potestate habet; - earum *universitatem* regit Deus.'

Etenim per se patet, pro nihilo esse habendam talem omnipotentiam, quae in agendo penderet ab hominum actionibus liberis nec vim haberet in ipsius hominis animo. Injuriâ Deo adscribitur gubernandi mundi facultas, si excipiatur vita hominum spiritualis necesse est.

10.

Posito libero hominis arbitrio, tollitur item:

γ. *Dei sanctitas.*

Quod probatur hoc modo:

Sanctus dicitur Deus, quatenus non vult malum, sed constanter et absolute aversatur τὴν ἀμαρτίαν. Sin vero homini dederit liberum voluntatis arbitrium, inde necessario sequitur, nullo modo posse ut non velit malum. Etenim potestas Ei fuisset hominem creandi talem, qui *non posset* velle τὴν ἀμαρτίαν. Nec tamen hoc fecit; - e contrario, ipse eum donavit facultate laedendi sanctam suam voluntatem. Deus autem, qui non vult malum, ac tamen hominem creat talem ut possit velle malum illud quod Ipse non vult, eo ipso tollat sanctitatem suam necesse est.

Provocant adversarii ad vitae humanae ana-

logiam. - 'Pater in filio, educator in discipulo suo non vult malum; - neque tamen eligendi facultatem ei adimunt, nam hoc ipsum cupiunt ut *libere* non velit malum. Aequè Deus sanctissimus, qui non vult in homine malum, liberum tamen ei dedit voluntatis arbitrium; - nam hoc ipsum cupit, ut *libere* homo non velit τὴν ἁμαρτίαν, quam posset velle.'

Acute, sed falso. Deo (ut supra iam diximus) fuisset facultas hominem creandi talem, ut *non posset velle τὴν ἁμαρτίαν*; - educator humanus optime novit, se nullo modo impedire posse ne discipulus, etiamsi omnis libere agendi facultas illi sit adempta, tamen peccet. Alioquin non permetteret liberam discipulo electionem; - uti illorum ostendit educatorum exemplum, qui, contra putantes, omnem eligendi facultatem discipulis suis adimunt. —

Tollitur item:

δ. Dei sapientia.

Quod per se patet, si modo teneamus, sapientiam consistere in electione bonorum finium, et bonorum ac aptorum mediolorum ad illos fines consequendos. Neque enim, quatenus velle hominis beatitudinem ac nolle τὴν ἁμαρτίαν dicitur Deus, optimum elegit ad consequendum illum finem medium, si potestate se privârit perficiendi id quod vult; - neque bonus dici potest finis,

quo posito tollat ipse Deus omnipotentiae suae exercitium ac rerum humanarum cursus plane pendeat ab homine necesse est. —

Tollitur item:

ε. Dei *amor*.

Si Deus hominum pater est optimus, qui infinito amore eos prosequitur, cogitari nequit ut illorum menti inseruerit facultatem, quâ utentes pro parte aeternam sibi pararent perniciem. Teneamus modo humanae societatis analogiam; - nemo pater, cui vere cari sunt liberi, periculis eos exponit, nisi rerum vi coactus. Idem decet patrem coelestem. Si temere fecerit contrarium, boni patris nomine est indignus.

‘Sed hoc ipsum negamus’ (respondent adversarii), ‘temere, praeter necessitatem Deum dedisse liberum homini arbitrium. Propterea quod *pater* est, non poterat non illud dare. Uti patres humani a liberis suis mutuam expetunt amorem, ita Deus ab hominibus. Quum autem ea amoris natura est, quod non nisi a voluntario animi motu originem ducit, Pater coelestis hominem debebat creare talem, ut *voluntarie*, *spon*te sua bonum posset velle ac bene agere, - i. e. ut mutuo amore Deum posset amplecti.’

Parcau. — ‘Het heeft den Vader, in zijne volstrekt vrije liefde, behaagd wezens te scheppen, die van zijn geslachte, vrije kinderen des volmaakt vrijen Vaders zijn;

het heeft Hem, die zelf de volmaakt vrije geest is, als den Vader der geesten, behaagd, door zijne kinderen in geest en in waarheid, niet met gedwongene daden of in schijn alleen, geëerd te worden; Hij die zelf *liefde* is, d. i. de hoogste vrije Algoedheid, Hij kon niet anders willen en heeft niet anders gewild, dan dat zijne kinderen in vrije liefde met Hem zich zouden vereenigen' (l. l. p. 93).

Attamen facile refellitur haec captio dialectica. — Etenim Deo ipsi, qui est justus ac bonus ac sanctus, facultas eligendi τὴν ἀμαρτίαν prae virtute non est; - iniuria igitur ponunt adversarii, hominem, quatenus liberum habet voluntatis arbitrium, eo ipso naturae divinae participationem esse. Hincque sequitur, Patrem coelestem liberis suis minorem communicasse suae ipsius praestantiae partem, quam potuisset. Quod contra amorem esse, per se patet.

Neque mutuus hominum amor erga Deum tollitur, - non 'vi coacti,' 'specie tantum,' Eum amare censendi sunt, nisi non - diligere illum possint. Parentes humani liberos suos ita educare (i. e. suae ipsorum naturae participes facere) conantur, ut, etiamsi *sponte sua* (i. e. haud vi externâ coacti) idem velint ac ipsi parentes, *necessario* tamen non possint non velle idem; - unde patet, amoris notioni iniuriâ comprehendi ab adversariis possibilitatem contrarii, nam id ipsum pro viribus agunt parentes ut possibilitas

illa contrarii nunquam reverâ adsit, ac tamen optime posse ut amentur a liberis suis putant. Cur de Deo aliter esset statuendum? Cur Deus, si pro viribus idem egisset ac parentes humani, tantumque in modum suae ipsius naturae participes fecisset homines ut non possent non eadem semper velle quae Ipse vult, eo impedisse censendus esset ne vere amaretur ab hominibus? - Deus autem, qui temere exposuit hominem periculo aeternam sibi parandi perniciem, aequiparandus est patri humano qui praeter necessitatem filium suum tranare flumen cogit, unice ut ipse maiore afficiatur gaudio, si forte nando in tutum perveniat. Non ea anantis natura est, ut suâ causâ aliquid faciat.

Ceterum duo monemus :

1°. Ne quis miretur, quod de sanctitate, sapientia et amore paucis tantum egimus. Quum de omniscientiâ atque omnipotentiâ longe lateque disputavimus, nobis, qui breves esse laboramus, non necessarium visum est contrarium. Etenim per se patet, ipsum Deum tolli, sublatâ Eius omniscientiâ atque omnipotentiâ.

2°. Iniuria retorquere huiusce paragraphi argumentationem sibi videntur adversarii hoc modo: 'Quum neque peccatum non adesse in mundo, neque Deum esse causam peccati poni potest, credere nos oportet, Patrem coelestem *ex* sancti-

tate suâ ac sapientiâ atque amore liberum dedisse hominibus voluntatis arbitrium.' Minime enim quaeritur, quid *credi* debeat; - quaestio unice haecce est: an cum *ratione* pugnet necne, Deo adscribere sanctitatem, sapientiam, amorem, ac simul homini attribuere liberum voluntatis arbitrium. Quod si reverâ pugnat cum ratione, unum alterumve concludamus necesse est: aut falsam esse, quam nobis informare solemus, peccati notionem, aut in Deum non cadere sanctitatem, sapientiam, amorem.

11.

Absolutâ jam primâ disquisitionis nostrae parte, ad alteram transire licet, cuius argumentum (uti § 3 monuimus) sic se habet:

Posito Deo absolute-perfecto, negari debet liberum hominis arbitrium, nec culpaee notio amplius potest servari.

Quam exponentes sententiam, demonstrare conabimur, notione Dei absolute-perfecti tolli haecce:

a. *liberum hominis arbitrium*, - 'das Auchanderskönnen';

b. *peccatum*, quatenus habendum est aversio voluntatis a Deo (1 Joh. III : 9);

c. hominis *culpam, conscientiam culpae, responsabilitatem.*

Multos citare autores supervacancum esset, quum opera nobis ad manum sunt Scholtenii, theologi Nederlandici, qui tam ingeniose ac docte notionem Dei absolute-perfecti cum peccatoris culpâ in concordiam redigere studuit, ut, eum citantes, jure dicere possimus: 'ex uno disce omnes.' Huc accedit, quod theologus ille multum auctoritatis habet in ecclesiâ Reformatâ Nederlandicâ. Quod cum ita sit, magis etiam necessarium ducimus, eum citare ac pro viribus refutare. Non fugit nos aureum illud Baconis dictum: 'nisi utile sit quod facias, vana est gloria.'

12.

1. *Posito Deo absolute-perfecto, tollitur liberum hominis arbitrium.*

Quod vix probandum multis videbitur, cum inverso ordine jam in primâ huiusce disquisitionis parte demonstratum est nec negatur ab adversariis.

Jure.

Attamen sunt qui, veram esse sententiam nostram, negent. Sunt qui, absolutam Deo attribuentes scientiam potentiamque, minime

eo tollere liberum hominis arbitrium sibi videntur. Quibus annumerandus Scholtenius.

Quod eum ita sit, non alienum putamus, paucis exponere (ne quis lusu verborum in errorem inducatur), eum nubem amplecti pro Junone atque inscium verbis 'liberum arbitrium' notionem subijcere oppositam.

Si forte Scholtenius non perspexerit consequentiam antecedentium quae posuit, memor sit in dijudicandâ argumentatione nostrâ sui ipsius dicti: conclusio reprehendi nequit, si cum antecessis necessario cohaereat. 'Wel hebben de Remonstranten zulke consequentiën niet gemaakt, maar de vraag is of zij niet uit hun stelsel volgen, en later door anderen, ook nog in onze dagen, werkelijk gemaakt zijn, en zoo ja, dan is hiermede de Gereformeerde polemiek geregtvaardigd' (*Scholten*, l. l. II p. 446).

Ponere videtur pugnantiae: tum absolutam Dei potentiam, tum liberum hominis arbitrium. V. c. operis laudati t. II p. 475 legimus:

'Het geloof onderstelt de hoogste activiteit des menschen, maar eene activiteit, die haren grond heeft in eene zelfstandige werkzaamheid van karakter en vermogens, die God geschonken heeft en door zoodanige middelen, als zijne wijsheid daartoe het beste keurt, ontwikkelt.'

Item p. 583: 'De volkomenste afhankelijkheid

van God sluit niet uit, dat het geloof eene daad van *vrijheid*, een *actus voluntarius* blijft, waarbij de mensch *vrijwillig* buigt en voor de magt der waarheid zwicht.'

Ab unâ parte (p. 498-499):

'Aan de vrijheid des menschen, als zedelijk wezen, ligt ten grondslag het vermogen, om met de rede te kiezen en te volgen het *veto* der rede, al naar de mate van hare ontwikkeling, over te stellen en te doen gelden. Kan hij dat vermogen niet uitoefenen in ieder oogenblik des levens.... zoo gevoelt hij toch in andere oogenblikken dat hij wel degelijk het goede boven het kwade verkiezen, en door het opratten van een kloek besluit zich harden kan tegen de aanvallen van elke nieuwe verzoeking. Doet hij dit niet, dan wordt hij zelf de oorzaak van zijn val.'

Ab alterâ (p. 472 et 473):

'De natuur werkt zelfstandig, de boom groeit niet door vreemde, maar door eigene kracht.... De natuurlijke werkzaamheid en de zamenhang der dingen doen (echter) niets te kort aan de alles veroorzakende werkzaamheid van God.

'Gelijk in de natuur, zoo is het ook in de verstandelijke en zedelijke wereld, of schoon, wat den vorm betreft, gewijzigd naar de wetten, volgens welke de mensch, als geestelijk en persoonlijk zelfstandig wezen, in onderscheiding van de natuur, zich ontwikkelt.'

Unde necessario sequi videtur, Scholtenium sibimet ipsi dissentire, nec plane abjudicare homini libere agendi potentiam.

Nec tamen hoc facit. Reverâ abjudicat homini liberum voluntatis arbitrium.

Quod nunc erit probandum. —

Fidem *voluntarium* vocans hominis actum, unice hoc sibi vult: 'Deum non cogere voluntatem invitam physice, sed *rationaliter* flectere eam, ut se ipsam determinet proprio rationis iudicio'. Quare procul dubio accuratius fuisset dicere: 'ita ut *sibi videatur* determinare semet ipsam.' *Deus* enim agit, non *homo*, qui cogitur aequae ac res brutae, etiamsi alio modo (haud vi *externâ*, sed vi *internâ*); *Deus* flectit hominis voluntatem, ita ut non credere nullo modo velle possit. — Quali voluntatis spontaneitate minime ponitur, imo vero tolli videtur, liberum arbitrium (i. e. facultas resistendi divinae potentiae, quae flectere hominis voluntatem conatur).

Sed liberum etiam illud voluntatis arbitrium aliquatenus homini adscribere videtur. Nam docet², hominem divinae voluntati resistere posse et actu resistere; etiamsi effectum gratiae *totaliter* et *finaliter* impedire nequeat.

Attamen:

Proprio motu vere velle bonum, peccatori impossibile est. — 'De vleeschelijke mensch kan het goede niet doen.'³... 'De actuële magt om goed te kunnen *willen* is in den mensch niet iets onmiddellijk *gegevens*.'⁴

¹ L. I. p. 482.

² P. 424.

³ P. 488.

⁴ P. 495.

‘Peccatum, divinâ ordinante providentiâ, in genere humano ortum est¹’; - ‘imperfectio autem illa labendi per se inevitabilis est.²’

Solus Deus flectit hominis voluntatem, ut velit bonum. — ‘Al het goede in den mensch is eenig en alleen uit God.’³ ... ‘Het geroepen zijn, komen en bekeerd worden (dus het geloof) is niet toe te schrijven aan den *mensch* maar aan *God*.’⁴

Atqui ergo:

Homo non libero voluntatis arbitrio vult ac facit malum; nam imperfectio labendi, ab ipso Deo ordinata, ‘inevitabilis’ est. Neque tamen libero voluntatis arbitrio velle potest bonum. — Unde sequitur, eum omnia, quae vult ac facit, *necessario* velle ac facere.

Neque locis supra citatis Scholtenius sibimet ipsi dissentit.

Ponit quidem in homine facultatem alia volendi ac Deus vult; een ‘liberum arbitrium, als zedelijke mogelijkheid om anders te kunnen willen dan God wil.’⁵ — Sed haecce cum gravis interpretanda esse, patet ex iis quae legimus p. 536: ‘Dat God, de Heilige, het kwaad, als *zoodanig*, niet wil noch willen kan, is dui-

¹ Dogm. Christ. Init., p. 58.

² P. 479.

⁴ P. 487.

² Ibidem, p. 52.

⁵ P. 501.

delijk,' collatis quae leguntur p. 535: 'Dat God de zonde *toelaat*, is eigenlijk niets anders, dan dat Hij haar in zekeren zin ook *wil*.' Velle potest homo quaedam, quae non vult Deus *sanctus*; sed ut posset ea velle, imo vero ut non posset non ea velle, voluit Deus *omnipotens*.

Itidem, quae dicit p. 499 ('De mensch gevoelt in (sommige) oogenblikken, dat hij wel degelijk het goede boven het kwade verkiezen kan Doet hij dit niet, dan wordt hij zelf de oorzaak van zijn val, en beschuldigt zich, dat hij niet gewild en niet gedaan heeft, wat hij als mensch, naar aanleg en bestemming, had *behooren* te doen, en bij het rechte gebruik van zijn redelijk en zedelijk vermogen althans *aanvankelijk* had kunnen doen') aliunde optime explicantur. Etenim p. 494 totidem verbis dicit: 'Meer zegt het geweten niet, dan dat de zondaar anders had *moeten* en, naar de potentieel hem inwonende zedelijke kracht, ook anders had *kunnen* handelen. Schijnt het somtijds ook dit te zeggen, dat de mensch ook op *dátzelfde* oogenblik en in dien toestand anders had kunnen handelen, dan heeft hier het zelfbedrog plaats, waarbij men den toestand van heden met dien van gisteren te onrecht identificeert.' Ac p. 493: 'Het zóó of anders willen hangt geheel af van den graad van zedelijke

ontwikkeling, dien de mensch bereikt heeft.' — Homo nil velle potest nisi ipsum id quod vult; - etiamsi oppositam interdum sibi induat rei persuasionem.

Quibuscum nunc conferatur liberi arbitrii definitio, quam legimus p. 497: 'Het is het vermogen des menschen, om niet, gelijk het gedierte, door instinkt, physische noodwendigheid of temperament geleid, maar als redelijk wezen met *verstand* en *overleg* te handelen, en, uit verschillende mogelijkheden, die aan zijne beschouwing zich voordoen, kiezende, overeenkomstig die keus zich uit zich zelve tot handelen te bepalen.' — Eligendi illa facultas est mere fictiva. 'Es ist zwar ein Sichselbstbestimmen des Willens, aber nur ein solches, welches aus schon vorhandner *Bestimmtheit* entspringt'; - libere optionem facere bonum inter et malum nequit homo. Quidnam electurus sit, prorsus pendet ex eius conditione morali. Neque, bonum sibi proponere unâ cum malo, penes eum est.

Quibus omnibus consideratis, profecto concludere licet, Scholtenium, etiamsi non nomine, reapse tamen tollere liberum voluntatis arbitrium. Quod erat demonstrandum.

Miller, I. I. II p. 88.

Minus implicite dicit, quod in mente praeceptoris est, discipulus. — ‘Tusschen absolute vrijheid en absolute onvrijheid van den wil moet eene keuze gedaan worden’.

13.

2. *Posito Deo absolute-perfecto, tollitur peccatum, quatenus est aversio voluntatis a Deo.*

Etenim posito Deo absolute-perfecto, tollitur liberum hominis arbitrium. Quo sublato, fieri nequit ut homo aliter velit ac Deus vult. Quae nobis videntur improbanda, *necessario* tamen vult ac facit, divinâ ordinante omnipotentiâ; neque igitur Dei repugnare voluntati ea possunt. Falsum habendum est Melanthoni enuntiatum: ‘non Deus causa est peccati, nec peccatum est res condita aut ordinata a Deo, sed est horribilis destructio operis et ordinis divini.’

Exemplo iterum nobis sit Scholtenius.

Ad quaestionem, undenam repetunda sit peccati origo, sine ambagibus respondet: a Deo. — ‘Peccati in genere humano origo sive causa prima frustra repetitur a primo primorum hominum actu peccandi libero. Namque et primus ille peccandi actus, haud secus atque sequentes actûs, explicandus e *conditione* homi-

¹ L. H. Slotemaker (*Godg. Bijdr.* 1856, p. 882).

² Corp. Ref., t. XXI, p. 644.

nis primi est morali¹. . . . ‘Peccatum, *divinâ moderante providentiâ*, in genere humano ortum est.’

Huiusee peccati ‘pro suo quisque modo et ratione nascendo particeps fit²’; imperfectio labendi inevitabilis est. — ‘Dat zich de zonde als den mensch inwonende *ἀμαρτία* op welke wijze dan ook openbaart, dit is onvermijdelijk, vermits zij niet slechts *daad*, maar een . . . *toestand* is.’

Atqui ergo: nullo modo potest, ut peccatum sit aversio voluntatis a Deo; nam ipse Deus talem dedit homini voluntatem, ut necessario (ex voluntate Dei) velit id quod nobis videtur improbandum. ‘Conditio’ dici nequit (nisi cum reservatione mentali), ‘rectae hominis ad Deum relationi contraria³’; nam ipse Deus effecit, ut necessario sit homo in ea conditione. Ad summum imperfectio est inevitabilis, quam Deus ex sapientiâ suâ ordinavit et sensim paullatimque potentiâ suâ tollet.

Hancece ‘theologorum Hegelianorum⁴’ sententiam Scholtenius suam faciat, necesse est.

Quod et ipse perspexisse videtur, uti ex *Dogm. Christ. Initiis* (quae latine ‘in auditorum

¹ Theol. dogm. p. 51.

⁴ L. I. p. 506.

² Ib. p. 58.

⁵ Dogm., p. 46.

³ Ib. p. 50.

⁶ L. I. p. 501.

usum' scripsit) concludere licet. Ni plane fallimur, opinio, quam in illo libro profitetur ac defendit, ab ea quam in opere belgico saepius citato Hegelianorum sententiam esse theologorum dicit, non valde differt.

'Rothe zag in het boek van Müller het bewijs voor het onwederlegbare der stelling, dat de zonde noodzakelijk is. Met dit gevoelen stemmen ook anderen overeen, onder hen Bretschneider en sommige theologen der Hegelsche school. De zonde is dan het natuurlijk en noodzakelijk vooribrenghsel van 's menschen nog onontwikkelde natuur, in welke het vleesch of de zinnelijkheid de stons² overhand heeft, zoolang het hogere beginsel niet krachtig genoeg is ontwikkeld. Door vallen en opstaan komt de mensch, overeenkomstig zijne natuur, eerst langzamerhand tot zijne bestemming als zedelijk wezen¹.'

'Tenendum est, hominem, vitae quippe animalis et spiritalis participem, e vinculis vitae animalis ad vitam spiritali institui non nisi certando et luctando posse, luctatoris autem cuiusque nondum exercitati esse, non sine labendi periculo ad scopum pervenire. Imperfectio illa labendi per se inevitabilis, nec ordini morali a Deo constituto ob-

Sed vel sic tamen toto coelo distare a theologis Hegelianis (qui ponunt, peccatum nil esse nisi imperfectionem, 'qualis v. c. in infante non-

¹ P. 501.

² Dogm., p. 52.

dum adulto adest, in quo sc. hominis adulti perfectio abest') multis videtur Scholtenius. Atque hoc quidem hanc ob causam, quia totidem verbis dicit', peccatum esse 'conditionem *morbosam*, non *normalem* sed *anormalem*.'

Qui hoc putant, lusu verborum in errorem inducuntur.

Dicit quidem Scholtenius: 'peccatum est *morbosus*'; - sed addit: '*ut ceterae quacque conditiones morbosae*, divinâ moderante providentiâ, in genere humano ortus.' — 'Vraagt men, hoe zulk een ziekelijke toestand ontstaan kon in eene wereldontwikkeling, die haren laatsten grond in God heeft? Wij vragen op onze beurt, hoe zoo vele andere anormale, ziekelijke verschijnselen, als in het wereldproces zich voordoen, in verband met God d. i. met het hoogste goed te verklaren zijn?'

Unde patet, Scholtenium non hoc sibi velle: peccatum *per se*, *naturâ suâ*, esse conditionem anormalem (i. e. conditionem quae abesse deberet); sed unice hoc: peccatum, uti ceterae quaeque in rerum ordine conditiones quas dicere solemus '*morbosas*', *nobis videri* conditionem anormalem, quatenus aliam meliorem, quam nunc jam adesse Deus noluit, ei opponimus.

¹ Dogm. p. 49.

² Ib. p. 58.

³ P. 508.

Neque igitur repugnare inter se censenda sunt v. c. haecce:

‘De zonde (is) iets dat niet op zijne plaats is, iets tegen-natuurlijks en *anormants*.¹⁾

‘Het menschelijk geslacht, ofschoon, wat zijnen aanleg of de *potentia* betreft, rein uit de hand des Scheppers voortgekomen, kon die *potentia* niet zonder strijd en oefening verwezenlijken. Het hogere beginsel (*τὸ πνεῦμα*) was bestemd, zich in den strijd met het *vleesch* te ontwikkelen. Dat de geest in dien strijd onder gestadig vallen en struikelen tot zijne heerschappij komt, behoeft nog op zich zelf niet als *anormaal* of als *verstoring* der wereld-orde te worden aangemerkt... Het vallen en struikelen (is) niet iets tegennatuurlijks.²⁾

‘Imperfectio labendi per se inevitabilis est.³⁾

‘Het vallen en struikelen (is) niet volstrekt noodzakelijk.⁴⁾

Etenim ‘non necessarium’ hinc dicitur peccatum, quatenus posset abesse si Deo ita placuisset, - ‘necessarium’, ‘inevitabile’, quatenus Deo ita placuit; - conditio ‘anormalis’ ratione *hominis*

¹⁾ P. 501.

²⁾ L. l., p. 507.

³⁾ Dogm., p. 52.

⁴⁾ P. 507.

(qui olim in meliori conditione futurus esse putatur), - 'normalis' ratione *Dei*.

Ceterum per se patet, minime audiendum esse perfrugium, quod sumunt sibi nonnulli ad Scholtenii excusationem, distinguentes ipsum peccatum (cuius origo a Deo sit repetunda) a peccandi habitu et peccatis (quorum origo repeti debeat ab hominis voluntate).

Ipsè Scholtenius nullibi talem facit distinctionem. Neque jure eam facere posset. Qui ponit, singulos voluntatis humanac actûs cum conditione hominis morali proxime coniunctos esse¹, prorsus ex eâ pendere², - primum peccandi actum minime repetendum esse a libero primorum hominum arbitrio³, - atque peccati (e quo oriuntur peccata) pro suo quemque modo et ratione nascendo participem fieri⁴, - is peccandi habitum singulaque singulorum hominum peccata ab horum liberâ repetat voluntate, nullo modo potest.

Atqui ergo:
tum peccatum, tum peccandi habitum, tum peccata necessaria esse Scholtenius censet atque ex absolutâ Dei voluntate explicanda. Quoposito, tollitur peccatum, quatenus aversio est voluntatis humanae a Deo.

¹ Dogm., p. 50.

² P. 593.

³ Dogm., p. 51.

⁴ Ib. p. 50.

Quod erat probandum.

14.

3. *Posito Deo absolute-perfecto, tollitur hominis culpa, conscientia culpae, responsabilitas.*

Videamus de singulis singulatin.

a. *Tollitur hominis culpa (de zondeschuld).*

Etenim 'ad culpam constituendam propria voluntas ejus, qui in culpâ futurus sit, omnino requiritur.'¹ In vitâ quotidianâ culpandus dicitur is, qui aliter fecisse nobis videtur ac debisset et potuisset; - peccando culpam contra- here dicitur homo, quatenus libero voluntatis arbitrio adversari legi divinae censetur.

Hancee vulgarem esse culpae notionem, ipse fatetur Scholtenius.² — 'Niets is gewoner dan in dien zin van *schuld* te hooren spreken. „Het is uwe schuld" beteekent meestal niet: wat gij deedt is afkeurenswaardig, maar: gij hadt op dát oogenblik ook even goed anders kunnen handelen.'

Quam tolli culpae notionem, sublato libero hominis arbitrio, nec negare possunt nec negant adversarii.

'Dat dit' (gij hadt even goed anders kunnen handelen) 'dikwerf gezegd wordt, is even waar, als dat het geheel te onregt gezegd wordt'.³

¹ Socinus, l. l. p. 10.

² L. l., p. 513.

³ Ib.

Ac tamen vehementer negant, se tollere hominis culpam.

Rogasne, lector! quomodo hoc possint? — Aliam sub voce subjiciendo sententiam. V. c. Scholtenius dicit¹, 'malo morali, quoquomodo orto, omnino inhaerere *culpam*, quatenus sumitur de eo quod *culpandum*, h. e. moraliter *improbandum* est'; - culpam igitur contrahere hominem, quatenus eius actiones moraliter improbandae sunt.

Sed facile et illud iis praecluditur effugium. Etenim, si homini non est liberum voluntatis arbitrium, cogitari nequit, moraliter improbandum esse id quod vult ac facit. Quae fiunt ex absolutâ Dei voluntate, non possunt non esse bona.

Unde patet, frustra adversarios arbitrariam illam voci 'culpa' supponere notionem; nam ipsi et-eam tollant necesse est.

Atqui ergo: posito Dei absolute-perfecto, tolli hominis culpam, jure contendimus.

1. Tollitur item *conscientia culpae*. — Etenim conscius culpae dici solet is, qui persuasum sibi habet se aliquid fecisse, quod non facere tum debuisset tum potuisset. Qualis conscientia culpae tollatur necesse est, sublato

¹ Dogm., p. 56.

libero hominis arbitrio. Tunc enim, aliter faciat homo ac fecerit, nullo modo potest. Errare censendus est, quatenus contra putat.

Nec negat hoc Scholtenius. — ‘Quod sensus moralis docere videatur, peccatorem, aliter quam egit, agere potuisse, explicandum partim est ex permutatione ejus, quod homo *potentiâ* atque ejus quod *actu* est, partim conditionis in qua versatur praesentis commutatione cum illâ in qua versabatur temporis momento quo peccabat.’¹

Eatenus igitur tollunt adversarii conscientiam culpae. —

Sed restringunt notionem. Eum iam conscium esse culpae contendunt, qui persuasum sibi habet, culpandum, moraliter improbandum esse id quod fecit. Qualis conscientia culpae minime tolli iis videtur, etiamsi homo certissime sciat peccatum esse necessarium, inevitabile.

Quod probare conantur hoc modo: ‘Peccatum est morbus. Homo autem, cuius corpus aegrotat, hoc sentit ac curandum se mandat medico, etiamsi persuasum sibi habeat, se non potuisse non aegrotare. Eodem modo peccator conscius est conditionis suae morbosae et remedium petit a Deo, etiamsi persuasum sibi habeat, se non potuisse non peccare.’

‘Er bestaat niet het minste verband tusschen de erken-

¹ Dogm., p. 51.

ning, dat zekere toestanden *noodzakelijk* bestaan, en tus-
schen onverschilligheid omtrent zulke toestanden... De
erkenning, dat eene of andere ziekte of een lichaams-
gebrek onvermijdelijk was, en dat men dus, gelijk het
wordt uitgedrukt, *het niet heeft kunnen helpen*, zal niemand
doen zeggen: of ik ziek ben en sterf, is mij onverschil-
lig, en hem de aangebodene hulp doen weigeren. Even-
min kan de overtuiging, dat de zonde als ziekelijke toe-
stand onvermijdelijk geworden is, iemand doen zeggen:
of ik zondig en door de zonde verloren ga, is mij onver-
schillig. Hier is het zedelijk goede, evenzeer als ligcha-
melijke schoonheid en gezondheid, iets objectiefs, zoodat
de mensch, het menschelijke in zijn volkomensten vorm
erkennende, niet kan nalaten den afstand te betreuren,
waarop hij van het objectief goede zich verwijderd ziet,
al is hij zich bewust nog niet bij magte te zijn dat ideaal
naar den eisch der zedewet volkomen te verwezenlijken¹.

Acute, sed falso. Posito atque concesso pec-
catum esse morbum (quod jure ponere adver-
sarii nequeunt), minime tamen probari nobis
videtur id quod esset probandum. Etenim:

Qui, aegrotans, conditionem suam improban-
dam esse dicit, non nisi corporei sensus dicta-
mini obedit. Contra, qui peccavit, si vere re-
ligiosus est, putet necesse est, minime moraliter
improbandum esse id quod fecit; - nam persua-
sissimum sibi habet, se peccasse quia Patri
optimo, sapientissimo ita placuit. Etiansi in

¹ Scholten, l. l. p. 514-515. Cf. p. 517.

conditione sibi videatur esse non exoptandâ, tamen eâ acquiescit; novit enim, eam ordinatam fuisse a Deo.

Vere Muellerus: 'Als ein ganz leeres und nichtiges, ja in seinem tiefsten Grunde unfrohes Thun müsste es erscheinen, sich über begangene Sünde Sorge und Schmerz zu machen, und die göttliche Vergebung zu suchen für ein Handeln, für einen innern Zustand, welcher als Stufe, die überschritten werden soll, selbst mit zur göttlichen Ordnung des menschlichen Lebens gehörte.'

Sensus moralis tollitur sensu religioso; - conscientia culpae (etiãsi de eo tantum sumatur vox 'culpa,' quod moraliter improbandum videtur) conscientiam providentiae divinae, quae omnia ex voluntate suâ sapientissimâ ordinavit.

Quod erat probandum. —

c. Tollitur item hominis *responsabilitas* (de verantwoordelijkheid en toerekenbaarheid).

Quod per se patet. Nemini imputari potest id quod necessario fecit. Rationi rectae repugnat, Deo attribuere jus repositi ab homine rationem peccatorum, quae ex ipsius Dei voluntate non potuit non admittere.

'Es heiszt die Untersuchung da enden, wo sie eigentlich erst recht anfängt, wenn z. B. Romang, Sigwart, früher Hume meinen, zum Begriff der Zurechnung genüge

¹ Müller, l. I. I p. 346.

schon die Anerkennung, dasz die fragliche Handlung ja doch die Handlung dieses bestimmten Individuums sei, dasz das Entscheidende im Entschlusz ja doch der Mensch selbst sei, sein eignes Wesen, sein eigener Character. Dazu gehört mehr, der Beweis, dasz dieses sein eignes Wesen aus dem eignen Willen hervorquillt, dasz es das Trzeugnisz der Freiheit in der sittlichen Entwickelung ist ¹⁾.

Adversarii ponunt contrarium. Argumentantur hoc modo: Jure optimo imputaret Deus homini peccata, sed jus suum persequi non vult Pater optimus.

De regter rekent den schuldige, die niet betaalt, elke overtreding der wet toe. De Heilige daarentegen, die Vader is, treedt met zijne kinderen niet in het gerigt, maar vergeeft hun, wetende wat maaksel zij zijn, de zonde ²⁾.

False.

Si peccatum est necessarium, - si homines peccant, divinâ ordinante providentiâ (uti ponunt adversarii), - non tantum imputatio, sed jus etiam imputandi tollatur necesse est.

Quod erat probandum.

15.

Ad finem pervenimus. Demonstrâsse nobis videmur id quod demonstrare nobis propositum

¹⁾ Müller, II p. 71.

²⁾ Scholten, l. l. p. 521.

erat: notionem Dei absolute-perfecti cum peccatoris culpâ ratione (door de rede) in concordiam redigi non posse.

Quid igitur, si verum est, quod Schenkelius dicit¹: 'Der Anthropologie musz ebensosehr ihr Recht widerfahren als der Theologie. Beides ist gleich wahr, dasz der Mensch abhängig von Gott, und dasz er frei ist: beides gleich wahr, dasz der Mensch abhängig sei ohne frei, oder frei ohne abhängig zu sein'?

Teneant theologo enuntiatum Anselmi: 'per fidem ad intellectum.' Teneant, non ex *ratione* sed ex *animi* necessitate oriundam esse religionem.

Aliena sit a dogmatismo ecclesia Christiana.

Dogmata sua ad unum referre principium non amplius studeat.

Semper sibi in memoriam revocet summi verba poëtae²: 'Van 't voorwerp des geloofs moet geen verstand beslechten.'

¹ L. I., II p. 164.

² Bilderdijk, De voet in 't graf.

AAN DEN HEER

DANIEL KOORDERS

LITT. ET THEOL. CAND.

*bij het verschijnen van zijn eerste Akademisch Proefschrift, tot
verwerving van den graad van Doctor in de Godgeleerdheid*

worden als blijk van

HULDE EN VRIENDSCHAP

deze coupletten

gcwijd

DOOR

F. J. N. BROUWER.

Als de adem van de lente
De sluimrende aarde raakt,
En 't donker-kiemend leven
In zoete lust ontwaakt:
Dan zwatelen de meijen,
Dan groeit het jonge gras,
En uit de groene weijen
Schiet kwistig bloemgewas.

Maar schooner om te aanschouwen
Dan bonte bloemendos,
Is wat in later tijde
Zich zet aan twijg en tros;
Waaraan geen bijtjen pure,
Geen dartel rundjen weid',
Maar wat ter goeder ure
Tot malsche vrucht gedijt.

Gegroet, gij vruchtbre voren,
Waar gouden golven gaan!
Gij gaarden en gij hoven,
Met rijpend ooft belaên!
Gij blaauwe heuvelklingen,
Waar 't edel trosnat schuimt,
Waarvan de dichters zingen
En ons het hart verruimt!

Als straks van hooger transen
De dagtoorts warmer straalt,
En meizoet en viooltjen
In 't needrig kransje faalt:
Lach gij dan gul ons tegen!
Blink, ruisch ons te gemoet,
Gij milde zomerzegen!
Gij hoorn van overvloed!

Dan treden we in de zalen,
Waar 't jaar zijn schat bewaart;
Daar ligt, in zilyren schalen,
De gouden vrucht genaard;
Daar zetten we onze schoven
In 't zonlicht juichend zaam,
En jubelen en loven
Des milden Gevers naam!

Gij, Vader van genade!
Gij, God van licht en kracht!

U worde vroeg en spade
Ook ónze vrucht gebragt:

Wat ooit ons hart bewege,
Wat leeft in onzen geest,
Licht, kracht, strijd, roem en zege
En dankbre liefde meest!

En welken dan de bloemen

Van onze wilde jeugd;

Wij zullen hooger roemen,

In onbevleeker vreugd.

't Werk zal den meester loonen.

Wij zoeken niet ónze eer,

Maar leggen onze kroonen

Aan Waarheids voetbank neêr.

MIJN VEREERDEN VRIEND

D. KOORDERS.

Gebblind, gemuilband in 't konventioneel gareel,
Langs 't uitgetreden pad van de alledaagsche meulen,
Angstvallig d' ouden sleur naslendrend, voort te zeulen —
Wie 't *mdet*, verkieze cen taak als deze zich ten deel
Doch wie, zich wèlbewust van eigen stouter krachten,
De dure plichten kent, verknocht aan zulk een schat,
Zijn doen waar' laakbaar... méer! het waar' *misdadig* te achten,
Zoo *lijj*, te laf of vuig, van 't vrije renspeer trad.

Geen vrees voor naspraak, geen onwaardig lofgebedel
Bestemm' hem in zijn keus van middel en van doel;
Wat wijs-, wat dwaasheid is, wat eerloos is, wat edel,
Leer' de uit- en inspraak hem van rede en zielsgevoel!

En dan - hij sluite 't oor voor 't zelfbchaachlijk guichelen
Der schurkende eigenmin van veinzaart of van zot,
Hij luike de oogen dicht voor 't dweepen en voor 't huichelen
Van wie een Wangeest eert in 't masker van een God.

Zoo streef' hij rustig voort langs eigen, vrije wegen,
Door blaam- noch lofgeschrei in grootsche vlucht gefnuikt,
En, wat hem - raakt hij zelfs op 't dwaalspoor - ooit bejegen',
Hij weet: zijn tijd en vlijt, ze is niet om - niet verbruikt.
Hij weet: ze is wèlgebruikt, naar innige overtuiging;
Hij deed wat hij vermocht, om bestwil: - 't kan volstaan!
Bezwijken geldt iets meer dan laffe kniënbuiging,
Die afduikt vóór den proef, om alle last te ontgaan.

Wie waarheid om haar-zelv' - slechts om *haar-zelv'* - durft
minnen,

't Bedroch (of wat zulks *schijnt*) durft stellen naakt in
't licht,

En 't weefsel scheurt, zelfs van't *welmeenendst* logenspinnen,
Hij is 't, die mensch, die God ten dierste aan zich
verplicht.

En, wat hij wijders zij - een christen, jood of heiden -
(Mids dat hij eerlijk, trouw en in gemoede 't zij),
Ons oordeel van zijn werk laat' nimmermeer zich leiden
Door 't geen wij in Geloof verschillen - *hij en wij!*

Dus wie, gevierde Vriend! uw handelwijz' verketter,
Niet ik, al schrikt mijn hart te rug voor uw geloof;
Niet ik, al liet ik noode - (ach! letter toch voor letter) -
Een leer, mij heilig, uw gescherpter geest ten roof.
Neen! eeren, roemen wil 'k 't zelfstandig onderwinden,
Niet waarheidzoekend, echt kloekzinnig hersenfeit;
Maar 'k bid - (vergeef me!) - u toe, een weêrpartij te
vinden,
Die *hooger* waarheid kent, - en *winnaar* blijve in 't pleit!

Utrecht, 1856.

DIDYMUS.